

A-31-200

E-3 7-2 1-1

1  
31  
200

L  
R. 13 \$ 25 2

DILIGENS COMPENDIVM;

# QVO MOTIVA, RATIO-

NES, ET FVNDAMENTA (QVIBVS EFFI-  
caciter persuaderi posse videtur proximé diffinibilem  
esse Immaculatam Conceptionem Beatissimæ  
Virginis MARIÆ) explanantur,  
expendunturque.

Vt Magnus, & Catholicus Rex noster Philippus IV. quas sæpé fecit obse-  
crations frequentet, affectando diffinitionem huius mysterij, quam  
avidissimé expectant Fideles á Santissimo Patre nostro  
INNOCENTIO X.

*Per Bæticam Prouinciam, & Granatensis Regni Tertij Ordinis de  
Penitentia Regularis obseruantia S. P. N. Francisci, necnon stu-  
dium P. M. Fr. Cypriani á Sancta Maria, Lectoris e meritis,  
olim Diffinitoris, & Patris eiusdem Prouincia.*



GRANATÆ.



Apud Balthasarem de Bolibar, & Franciscum Sanchez.  
Anno Dñi M. DC. LI.



THE GREAT COMPLETION

# THE GREAT COMPLETION

THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION

THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION

THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION



THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION  
THE GREAT COMPLETION

**HUIUS COMPENDII CENSURA**,  
 Regi approbatio per R. admodum Patres à Societate  
 IESU, in Collegio huius ciuitatis Granatensis  
 electionis vasi, Apostolo (nimirum) Paulo, sacro  
 cathedras Theologiae, tam scholasticae, quam mo-  
 ralis, omnium Regentes plausu.

**E**X Cómmissione D. Doct. D. Augustini  
 de Castro Vazquez S. Apostolicæ Gra-  
 natensis Ecclesiæ Canonici Doctora-  
 lis, & Prouisoris. Rationum compendiũ sup-  
 plex Religiosissimæ Prouinciæ Bæticæ Patrum  
 Tertii, Ordinis de Penitentiã regularis obserua-  
 tiã, pro exorando, & virgendo penes Romanã  
 Curia Pontificio oraculo de immunitate Dei-  
 patæ ab originali noxa, non magis oculis, quã  
 animis hausimus in Collegio hoc Granatensi  
 Societatis. Sed nostram statim erubuit crissim  
 conuuli, & externam operi postulari censurã,  
 quod piensissimæ Prouinciæ vota præcepe-  
 rant, quod sapientissimi Filij elucebratio cõ-  
 pserat. Is nimirum est admodum Reuerendus  
 P. Fr. Cyprianus de Sancta Maria, præclare  
 adeo de Theologia meritus, emeritus iam Pro-  
 fessor. Satis hinc gratiæ, & fidei accideret doc-  
 trinis, vno hoc operi præfixo nomine. Cypria-  
 num quippè illum Ecclesiæ Procerem (ab hoc

adulationis lenocinia, & fuci) cuius nomen  
 præfert, refert moribus, æmulatur ingenio, &  
 excultissima in se litteratura transcripsit. Nec  
 morosior erit commendatio, né nostrâ orbis  
 incuset oscitantiam, quasi virum prodere ve-  
 limus, quam antiquiori præconio ab inassue-  
 ti candoris indole celebrat, ab absolutissima  
 Theologiæ gloria; & quem, veluti Apellé ex  
 linea, ex pagellarum istarum breuiter ductis  
 lineis coniectari habet in procliu. Tali rem  
 virget rationum aculeo, authoritatis tuetur  
 nervo, ac præsidijs, quæ nec lima tergat, nec li-  
 vor carpat, nec partiû studia, licet non ament,  
 damneant. Sed, si præmendæ tanti viri laudes,  
 non idèb cohibendus noster erumpens plau-  
 sus de Prouincia Bæticæ solerti cõsilio, quod  
 talem elegerit veteranum militem, qui pro  
 Dei patris Genitricis gloria, cuius summa nunc  
 causa protelatur, singulari certamine sit reuê-  
 dimitet, ad lauri spè, & victoriæ omnia. Nunc  
 siquidem (eloquium mutramur Theodotici  
 Regis diatorem sibi destinantis) necesse fuit pru-  
 dentissimum eligere, qui possit contra subtilissimos  
 disputare, & in conuentu Doctorum sic agere, né sus-  
 ceptam (MARIÆ) causam tot erudita possint inge-  
 nia superare. Verùm iam censuram, quâ expos-  
 cimus, àringimus, diggrediètem ægerimè à  
 pane;

*Apud Casiodo-  
 dorum 2. v. a-  
 riarum, epist.  
 6.*

panegyri. Gloriosè impensus hic ab Authore  
 labor Deiparenti Virgini, pumice nullo, præ-  
 loduntaxat indiget, & summi Ecclesiæ Presu-  
 lis dignatione, ac oculis, ut de Maria senten-  
 tiam, ac definitionem promoveat, & commu-  
 nem orbis pietatem transferat ad Fidei sanc-  
 tionem. Hæc nostra crisis esto, & iudicium de  
 fabricè structo, & concinnato compendio. Hæc  
 & nos opinari, his & præfari hætenus liceat,  
 his vobis plaudere, Religiosissimi Patres. In  
 Granatensi hoc Societatis Collegio, atque Ly-  
 ceo, 28. die Februarij, Ann. 1651.

*Didacus de Huelva Primarius*

*Thomas de Leon*

*Theologia Professor.*

*Theologia Professor.*

*Iosephus de Madrid*

*Theologia Professor.*


## L I C E N C I A

**N**O S el Doctor Don Agustín de Castro Vázquez, Canonigo Doctoral de la santa Iglesia Metropolitana desta Ciudad de Granada, Prouisor, y Vicario general en ella, y su Arçobispo do, por el Ilustrissimo y Reuerendissimo señor D. Martin Carrillo Aldrete, del Consejo de su Magestad, y Arçobispo de Granada, &c. Por la presente damos licencia para que se imprima un libro, intitulado: Diligēs compendium, quo motiua, rationes, & fundamenta, quibus efficaciter persuaderi posse videtur proximè diffinibilem esse Immaculatā Conceptionē Beatissimæ Virginis MARIÆ, explanantur, expendunturque. Compuesto por el P. M. Fr. Cipriano de Santa Maria, Lector Jubilado de la Tercera Orden de Penitencia de señor San Francisco, sin por ello incurrir en pena alguna. Dada en Granada 4. de Março de 1651. años.

Doctor Castro.

Por mandado del señor Prouisor.

Diego Altamirano. N.



**V**T in re tanti momenti amica claritate procedamus opere pretium est, ad facilius, opportuniusque vincendas, quæ sese passim offerent difficultates, eas proponendas, & complanandas curare per saepe sequentes paragrafos.

§. I.

*Utrum sit dissimibile mysterium immaculatae Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ.*

**Q**UOD non sit dissimibile mysterium existimavit Doctissimus Magister Canus, splendor illustrissimæ Dominicanæ familiæ nam quod Virgo Beata contraxerit, vel non contraxerit peccatum originale in sua Conceptione controversia non est (inquit) *Ex illarum numero, quæ Catholicam Fidem, aut promouere, aut imminuere possint.* Acque ita iuxta eius mentem nequit in Ecclesia dissimiri mysterium Immaculatae Conceptionis, vt dogma Catholicum, & articulus Fidei. Quod quidem sibi periuadet ex auctoritate Sanctitatis Sixti Quarti, & sacrorum Conciliorum Lateranensis, & Tridentini, nam cum de eodem mysterio agerent inchoatam eius questionem relinquentes minimè dissimierunt. Quod ipsum est non esse dissimibile mysterium. Quamobrem (inquit Canus) *Nec Sixtus Quartus, nec Concilium Lateranense sub Leone, nec Synodus Tridentina sub Paulo, & Iulio Tertius inchoata, eam questionem definiunt. Neutræ enim ex illis opinionibus, poterat tanquam dogma Catholicum approbare.*

*Lib. 7. de hoc Theolog. c. 5. §. 4. concl. 4.*

Hæc tamen mens per Docti Magistri, non adeo illi secura fuit, vt se sepulcro careret, quæ propter statim subiunxit, *Disputo solo calo animus meus errat.* Modestia sancti tanto viro digna. Timebat enim à veritate aberrare, & metuit quidem nam sic è fide mens eius à veritate aberravit, dū in illam venit, quod non

non



non esse diffinibile mysterium Immaculatae Conceptionis causa fuit, quominus diffiniretur á Sixto Quarto, & Concilio Lateranensi, & Tridentino. Quod quidem efficaciter suadet, ex ijs, quae sapienter docent gravissimi, & Doctissimi Theologi, nam si in primis consulimus eminentissimum Caeteranum, negari nequit ipsum insinuasse materiam esse diffinibilem, quae spectat ad mysterium Conceptionis SS. Virginis. Nam in Concilio Lateranensi sub Leone X. cui ipse eminentissimus Cardinalis interfuit (ut testatur Magister Bañes) pro vitibus suis conatus suam sententiam supremo Ecclesiae capiti persuadere, ut haud obscure colligitur ex eius verbis, loquens enim de sua opinione dixit: *Quin potius sperat, si deceret, nautum aliquid est, se ipsam tanquam probabiliorem, & Sanctorum, ac Doctorum sententiam consonam approbandam, &c.* Igitur iuxta mentem eminentissimi Caeterani materia mysterij Conceptionis Beatiss. Virg. Mariae diffinibilis est, siquidem sperabat suam sententiam diffiniendam fore.

Oppositum tamen menti eminentissimi Caeterani, hoc nostro saeculo, unanimes sentiunt omnes Theologi (per paucis exceptis) docent enim non solum materiam mysterij Conceptionis, esse diffinibilem, sed dato quod diffinienda sit, sententiam, quae negat peccatum originale Conceptioni SS. Virginis, & eius asserit preservationem solummodò diffiniendam esse, vnde Doctissimus Pater Vazquez inquit: *Difficilius multo mihi videtur fore, ut Ecclesia unquam iudicet, & tanquam dogma Fidei definiat Beatae Virginem in peccato originali conceptam esse, eo quod auctoritate sua festam Conceptionis celebrari in tota Ecclesia praecipit, & communis consensus Catholicorum, non solum imperiti vulgi, sed etiam Doctorum, & Theologorum, pro Immaculata Conceptione pugnet.* Doctus etiam, & venerabilis Pater Iacobus Gradado, postquam retulit opinionem Eminentissimi Caeterani sententiam illam potius diffiniendam, dixit: *Ego autem contra sentio cum multi, viris Doctissimis nostri saeculi, nimirum si qua pars huius controversiae decernenda est ab Ecclesia, vel ab eius capite, definiendam esse illam, quae Beatae Mariae immunitatem docet.* Insuper Seraphica Familia Cismontana in suo Armamentario inquit: *Communis sententia est controversiam de Conceptione Beatae Virginis terminari posse ab Ecclesia per ultimam definitionem de Fide contra*

Tom. 2. opusc.  
traff. 1. de Coa  
cept. c. 5. fin.

In 2. 2. 7. 1. ar.  
10 §. praeterca  
col. 129.  
Vbi prox.

Tom. 2. in 3. p.  
disp. 117. c. 14.  
n. 149.

Tom de Concep  
tion disp. 3. c.  
32.

Col. 198. n. 215

*Canum, &c.* Refertque eadem Familia quam plurimos, gra-  
ues, & Doctos Theologos id ipsum sentientes.

Quod quidem grauitor, & doctè confirmat Pater Suarez,  
dum destruit fundamentum Illuistris, Cani, nam cum asserui-  
set posse diffiniri in Ecclesia tanquam dogma Fidei mysteriū  
Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis, sic suam probat as-  
sertionem. Nam in primis Ecclesiam posse controuersiam hanc in al-  
terutram partem decidere apertè supponunt Sixtus Quartus, & Pius  
Quintus in suis decretis. Nec hoc negari potest, constat enim  
primam ex Extrauagante graue nimis, in ea namque prohib-  
bet Sixtus Quartus affirmari, quod crimen hæresis perpet-  
rent, aut lætaliter peccent asserentes in peccato originali  
fuisse conceptam Beatissimam Virginem Mariam; sed huius  
prohibitionis rationem quam præbet SS. Pontifex non alia  
est, quam nondum diffinitum in Ecclesia esse, quid in hoc my-  
sterio, tanquam dogma Fidei obseruari debeat: *Cum nondum*  
(inquit) *sit à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum.* Secun-  
dum etiam constat, nam in Extrauagante, quæ incipit super  
speculam SS. D. Pius Quintus, circa eandem rem ait: *Ceterū*  
*quandiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non fuerit, oppo-*  
*sitaque sententia condemnata liceat: &c.*

Ex verbis relatis clarè liquet, quod sapienter notauit P.  
Suarez, nimirum supponi ab vtroque Pontifice posse diffiniri  
in Ecclesia sententiam, quæ circa mysterium Conceptionis  
SS. Virginis iudicata fuerit esse veram, & certā. Nam si talis  
diffinitio repugnaret, frustra ad aliud referuaretur tempus.  
Constat ergo non eam fuisse mentem Sixti Quarti, quam in-  
tellexit Doctissimus Canus, sed oppositam, sicut etiam oppo-  
sita fuit mens Leonis X. vt infra videbimus, atque ita nescio  
quo fundamento nixus dixerit Canus ideò in Concilio Latera-  
nensi sub Leone X. non fuisse diffinitum mysterium Con-  
ceptionis pro vna, nec pro altera parte, quia neutra poterat  
diffiniri; nam vt sapienter notauit P. Vazquez non est vnde  
constet, quod in Concilio Lateranensi Sanctitas Leonis X.  
circa controuersiam Conceptionis aliquā diffinitio, vel scri-  
ptam reliquerit. *De Leone* (inquit Vazquez) *in Concilio Latera-*  
*nensi, nihil habemus, quod circa hanc controuersiam definerit, aut*  
*scripto tradiderit.* Solum autem colligit Vazquez in illo Conci-

Tom. 2. in 3. p.  
disp. 3. sect. 6.

De Reliq. & ve-  
ner. SS.

Tom. 2. in 3. p.  
disp. 17. c. 14.  
n. 147.

lio aliquid adum esse circa idem mysterium, ex eo quod Eminentissimus Caietanus ad ipsum Leonem X. scripsit tractatum illum, quo viribus, & posse defendit conceptam fuisse in peccato originali SS. Deiparam Mariam, sperans ita decernendam esse. *Cum ad ipsum Leonem (inquit Vazquez) pradisum tractatum Caietanus scripserit, & quod circa definitionem huius controversia speraret.*

*Supra.*

Sed dato, quod in Concilio Lateranensi agiraretur talis controversia, expendere turque omnia fundamenta, cuncta auctoritatum, & rationum momenta, quibus suam opinionem firmandam, stabilendamque curavit Eminentissimus Caietanus, ut eam potius (sicut sperabat) Pontifex diffiniret, quod totum fas est credere, cum ipse eidem Concilio interfuerit (ut notavit Bañes.) Rogo, quemnam ex hoc fructu collegit? Alium non inuenio, quam oleum, & operam perdidisse, siquidem tantum abfuit, ut suo diligente tractatu contra Immaculatam Virginis Conceptionem, ad diffinitionem (quam suae opinionis sperabat) cor SS. Patris Leonis X. inclinaret, quin potius totum allexit ad oppositum agendum, quod quidem haud obscure constat: nam postquam ipse Pontifex Concilio Lateranensi finem imposuit, & quidquid in eo fuit decisum confirmavit, anno Domini 1517. die 16. mensis Martij; eodē ipso anno, & die 22. Maij expediuit Bullam, qua concessit omnibus personis Ecclesiasticis Regnorum Hispaniae, facientibus officium novum Conceptionis Dominae nostrae, ut tempore cuiuscumque interdicti possent dictum festum cum octava sollemniter celebrare. Insuperque illis concessit omnes eas gratias, & indulgentias, quas antea Sixtus Quartus concesserat in sua Extravagante cum praerexcessa; ad quod totum movit SS. P. Leonem X. (ut ipse initio sae Bullae fatetur) animadvertere, quod celebritas tanti mysterij, non solum cedat ad laudem Dei, suam omnipotentiam ostentantis; verum etiam ad honorem, & gloriam eius Sanctissimae Matris, nec non & ad reuerentiam, quam erga illam debent habere omnes Christi Fideles. Quapropter eorum saluti, & spiritui, si profectui libentissimè acquieuit. Ut ex ipsius patet verbis. *Vigilis speculatoris (inquit) exercentis officium, ad ea libenter intendimus, quae ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac eius Genitri-*

*Apud Armam.  
in Regest. col.  
138.*

6  
eis glorioſa Virginis Mariæ honorem, & reuerentiã, Fideliumque  
animarum ſalutem, & eorum ſpiritualem conſolationem cedere dig-  
noſcuntur. Vnde conſtat SS. Leonem X. maximũ habuiſſe amo-  
rem, affectum, & deuotionem erga myſterium Immaculatæ  
Conceptionis Beatiff. Virginis Mariæ.

Sed non minus ſuum hunc affectum oſtedit idem ipſe Põ-  
tifex in alia Bulla, quam expediuit anno immediatè ſequente  
1518. die 18. menſis Februarij, in ea enim conceſſit Reſco-  
ribus, & Beneficiarijs Parochialium Eccleſiarum oppidi Me-  
linæ Seguntinæ Diœceſis, quod in Eccleſia ſancti Agidij di-  
cti oppidi, in nocte ante diem feſtum Conceptionis Beatę Ma-  
riæ Virginis poſt laudes huiusmodi, annis ſingulis. Vna Miſ-  
ſam in cantu cum Presbytero, Diacono, & Subdiacono ſolẽ-  
niter celebrare, liberè, & licitè valerent. Et hoc coram mag-  
na prædicti populi parte, quę tantę celebritati poſſet intereſſe.  
Vbi maximè ſplendet pia, & ſancta æmulatio ſolemniffimi  
feſti, quo ſancta celebrat Eccleſia ſacratiffimam noctem, quæ  
natus eſt in mundo Chriſtus Dominus.

Nec ſilentio inuoluenda ſunt verba, quæ initio huius Bul-  
læ habentur, ſic enim inquit SS. Pontifex Leo X. *Pia Chriſti  
Fidelium, & præſertim Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Vir-  
ginis, Redemptoris noſtræ, & humanæ ſalutis Auſtoris Domini Noſtri  
Jeſu Chriſti Genitricis honorem tenentia vota, ad exauditionis gra-  
tiam libenter admittimus, & fauoribus proſequimur opportuna.* Vbi  
notandus in primis venit honorificus titulus, quo exornat Põ-  
tifex Beatiff. Virginis Conceptionem, ſum illam Immacu-  
latam vocat, quod minimè præſtaret, ſi à peccato originali  
liberam, & præſeruatam fuiſſe non exiſtimaret, nec ſolus per  
ſe ad cõgratum exhiberet Fidelium votis, illos ad exauditionis  
gratiam libenter admittendõ, & fauoribus opportunitis pro-  
ſequendo.

Denique ipſemet Pontifex Leo X. plena manu hoc Imma-  
culatæ Cõceptionis ſuſtulit myſterium, dum anno M. D. XX.  
die x. Februarij aliam expediuit Bullam, quæ conceſſit omni-  
bus Monafterijs Monialium, quæ in Hiſpaniarum partibus  
vigent ſub titulo Immaculatæ Conceptionis, & obedientia  
Seraphicæ Familiæ, vt potirentur, gauderentque omnibus,  
& ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exem-

*Apud Armano.  
in Regeſt. col.  
141.*

ptionibus, fauoribus, gratijs, & indolis temporalibus, & spiritalibus, per ipsum Summum Pontificem, & Sedem Apostolicam, quomodo libet concessis, & concedendis Fratribus Minoribus, ac Monialibus sanctæ Claræ, & sororibus Tertij Ordinis Seraphici Patris Nostri Francisci. Sed quod maxime in hac Bulla videretur animaduertendum, est quod in ipsa SS. Pontifex repetit gloriosum Cōceptionis Beatissimæ Virginis titulum, eam siquidem iterum Immaculatam nominat, sic enim inquit. *Nuper accepimus nonnulla in partibus Hispaniarum Monasteria Monialium Ordinis Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, &c.*

Ex his hucusque relatis constat longissimè abesse à mente Leonis 7. quod sperabat Eminentissimus Caietanus suam nimirum opinionem dissentendā in Concilio Lateranensi; confert etiam minus benè existimasse Canum ea de causa inde finicum mansisse in Concilio Lateranensi mysterium Conceptionis Beatiss. Virginis, quia neutra eius pars, vel affirmatiua, vel negatiua poterat diffiniri.

Sed veniamus iam ad scrutandam mentem sacri Concilij Tridentini, vt appareat quam longe abfuerit à mente ipsiusmet Cani, sed vt id perspicuè pateat, audiendus est eiusdem suæ Familiæ filius, nimirum Illustrissimus Episcopus Ambrosius Catharinus quippè, qui eidem interfuit Concilio, quamobrem explicans causas, & rationes propter quas non fuit diffinitum in illo sacro Concilio mysterium Immaculatæ Cōceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, hæc profert verba. *Cum ab hinc fere sexcentium istic Tridenti ageret sancta Synodus ad id potissimum congregata, vt hæreses, & zizania, qua in agrum Domini irrepserant, tollerentur, & eo iam perueniam esset, vt de originali peccato tractaretur, plerique ex Patribus admonebant, optimum esse, atque opportunum, speciali decreto eam sententiam de Immaculatæ Virginis Conceptione, quæ dudam à cunctis prorsus Ecclesiis, solemniter celebratur, & colitur, ita probari, ac statui, vt in vltierius non liceret cuiquam ea de re scire, vel afferere, vel opinari. Id quibusdam licet admodum paucis tunc non placuit, nec (vt verum fateor) mihi quidem ipsi non quod rem ipsam non viderem optarem, vt ipse sanctæ & Christianæ fraternitati congruentem, quæ in primis eandem in dogmatibus sensum, eandemque in culto Dei obseruantiam posuit.*

*In præfat. disp.  
pro Imm. Conc.  
ad Conc. Trid.*

posuit. Sed quod consilium per conditionem temporum videbatur,  
prius aduersus haereticos manifestas intendere. Tum illa aggredi, qua  
inter Catholicos controuersa, digna viderentur decisione. Nec de fue-  
runt qui hanc tractatum, in eam locum seruari volebant quum de ce-  
lebrationis festorum ageretur: quia in re nonnulli vigent abusus (inter  
quos hic numerari debet) merito abolendi: nam enim à quibusdam sub  
varijs nominibus, & intellectibus, dies ille festus celebratur, & sum-  
mopere ab omnibus populo desideratur uniformitas, nemo profecto nisi  
sehisematice ex agiturus spiritu contradicere potuisset.

Hæc igitur fuit ratio, hæc causa propterquam in sacro Con-  
cilio Tridentino non fuit definitum mysterium Immaculatae  
Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, quod vehementer  
omnes Patres, qui illi Concilio interfuerunt, expeiebant (ad  
modum paucis exceptis) non ergo rectè sentiit Magister Ca-  
nus, dum existimavit, deo non fuisse definitum hoc mysteri-  
um: quia necesse per se eius definitibilis erat, quare merito à verita-  
te aberrare, timens, dixit: *Nisi toto celo animus meus errat.*

## §. II.

*Graviter, & efficaciter probatur, nequaquam posse definitam sententiã  
asserentem in peccato originali conceptam fuisse Beatissi-  
mam Virginem.*

**C**VM ex dictis hucusque constat pro vna, vel altera par-  
te esse definitibile mysterium Conceptionis Beatis-  
simæ Virginis explanandum restat, quænam pars eius diffi-  
niri debeat, Patet M. Bartholomæus de Medina, Eminentis-  
simi Caetani vestigijs insistendo existimavit nequaquam in  
Ecclesia posse definitam sententiã negantem in peccato ori-  
ginali fuisse conceptam SS. Virginem Mariam, sed solum eam  
sententiã posse definitam, quæ affirmat in rate peccato fuisse  
conceptam, & rationem præbet: Nam si hanc partem (inquit  
nimirum sententiã positivæ) definit Ecclesia, sua definitione omnes  
sanctos Patres antiquæ Ecclesie condemnasset, unde si aliqua pars hu-  
ius controuersie definita est, certè affirmatiua pars esse definienda,  
siquidem habet pro se scripturas sanctas, habetque communem con-  
sensum omnium SS. Patrum.

3. p. q. 37. a. 2.  
§. sed circ.

Hoc

Hoc inconueniens, quod M. Medina infert ex eo, quod dif-  
 finatur sententia pia, probat nullatenus posse diffiniri senten-  
 tiam non piam, nam si hæc diffiniretur, multo maius inconue-  
 niens fequeretur, qualis eſſet cõdemnare omnes pias, & fan-  
 ctas aõiones, quas ad honorem, & gloriam Beatiffimæ Virgi-  
 nis Mariæ ſanctiffimi Pontifices in Eccleſia conſtituerunt, ap-  
 probarunt, & confirmarunt, necnon & à ſacro Concilio Tri-  
 dentino approbatæ, & confirmatæ ſunt, ſicut & à Chriſti Fide-  
 libus receptæ, magnoque honore habitæ. Hoc autem quis ne-  
 get? Quando ſanctiffimus Pontifex Sixtus IV. vt quietos, &  
 pacatos redderet Fidelium animos, tolleretque de medio ſcã  
 dala, quæ inter ipſos ſuſcitabantur circa myſterium Concep-  
 tionis Beatiffimæ Virginis, alijs afferentibus, alijs neganti-  
 bus in peccato originali fuiſſe conceptam, vt igitur hanc ig-  
 nem, flammæque eius tettingeret Pontifex anno Domini  
 milleſimo quadringentiſimo ſeptuageſimo quinto doctiffi-  
 mis ex quouis Regularium ordine, & Clericis ſecularibus  
 Romæ accitis celeberrimam indixit diſputationem, quam  
 per plures dies protractam ipſe ſua Pontificali præſentia, at-  
 que auctoritate ſapè cohoneſtabat. Sed in ea diſputatione,  
 qui inter omnes primas tenuit, fuit R. P. F. Franciſcus in ſuber  
 Brixianus ex Minorum Familia, cuius etiam generalem præ-  
 feduram obtinuit: quem, vt validiſſimè pro Virginis præſer-  
 uatione decertantem SS. Pontifex animadverteret, planeq;  
 victorem, honorificè appellans, Tues (dixit) verus Samſon,  
 quod illi cognomen deinceps ſemper adhæſit nunquam abo-  
 lendum, ideoque ore, & ſcriptis hominum non aliter voca-  
 tur quam Franciſcus Samſon; & meritò quidem, nam illa ce-  
 leberrima diſputatione contigit illi, quod Samſon cum liga-  
 to duobus nouis funibus vociterantes Philiftijm occurrerunt  
 exiſtantes eum ſic ligatum facili negotio occidere poſſe;  
 ſed vt loquitur Scriptura: *Irruit Spiritus Domini in Samſon, & ſicut  
 ſolent ad odorem ignis lina conſumi, ita vincula quibus ligatus erat,  
 diſſipata ſunt, & ſoluta, inuentamque maxillam, quæ iacebat arripit,  
 interfecit in ea mille viros.* Haud aliter ſegeſſit R. P. Inſuber in  
 illa diſputationis paleſtra, nam cum aduerſarij eius exiſtima-  
 baat eum nouis, & validiſſimis obiectionum, & argumentor-  
 um funibus vinctum tenere, tum quidem irruit in illum Spi-  
 ritus

flus Domini, & sicut solēt ad odorem ignis lina consumi, ita vincula omnium obiectionum, & argumentorum, quibus vincum, & ligatum teneri, Adversarijs videbatur, dispersa sunt, & soluta. Merito igitur SS. Pontifex tanto viro honorificum indidit cognomen, dicens: *Tu es verus Samson.*

Ex hoc ergo celeberrimæ disputationis, felicissimo exitu, glorioso triumpho, & victoria ortum habuit expeditio Extravagantis cum præcella, qua SS. P. Sixtus Quartus concessis magnis gratijs, & indulgentijs approbavit, & confirmavit officium Immaculæ Cōceptionis à Nogarolio editū, quod quidem non solum multis ab hinc annis in Seraphica Familia fuit observatum, sed etiam extra illam in reliquis Ecclesijs hoc igitur officium (iuxta modum, quo observabatur, & recitabatur vniuersaliter in tota Ecclesia, vsque ad reformationem Breuiarij factam per SS. P. Pium Quintum) secunda Antiphona, quam in primis vespers habebat, sic canebatur: *Tota pulchra es Maria, & originalis macula non est in te.* Vnde cōfessat intelligi, & explicari ab Ecclesia de mysterio Immaculæ Cōceptionis Beatiss. Virginis locum Canticorum: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Neque enervat hanc intelligentiam, reformatio facta auferens verbum, *originalis*, & retinens solum: *Et macula non est in te.* Namque ratio auferendi minimè fuit, negare quod illo verbo significabatur, etenim si hoc intenderetur, necessum etiam esset auferre alia verba, quæ in eodem officio, perspicuè explicant fuisse præservatam ab originali labe SS. Virginem, quod quidem ne utiquam factum est, ut constat ex eodem officio, quod hodie in Seraphica Familia observatur, & recitatur, in eo enim post Hymnum: *Aue maris stella*, versus qui canitur, inquit: *Immaculata Cōceptio est, hodie Sancta Maria Virginis.* Et in versu qui dicitur inter annum: *In Cōceptione tua Virgo immaculata fuisti.* In invitatorio ad matutinum: *Immaculatam Cōceptionem Virginis Maria celebremus Christum eius præservatorem adoremus Dominum.* Denique in vltima Antiphona, quæ canitur ad secundas vespers, dicitur: *Hæc est virga in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit.* Quid clarius dici potest ad stabilicendam, & confirmandam veritatem huius mysterij? Et quod illud maxime eleuat, est concessisse SS. P. Paulum Quintum omnibus

Vide *Arman-*  
*col. 56. & 57.*  
*nu. 4.*

Vide vbi prox.  
in *Reg. col. 55.*  
*& 70.*

Cap. 4.

Vide sup in *Reg*  
*col. 175.*

vtrius.



utriusque sexus Christi Fidelibus, qui hanc Antiphonam, &  
 orationem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis approbatâ  
 (vt ipse dicit) deuotè recitauerint, quo die id egerint centū  
 dies de iniunctis eis, siue aliâs quomodolibet debitis pœnitē  
 tijs in forma Ecclesiæ consueta, &c. Sed hoc præcipuè ani  
 maduertendum videtur, nimirum idem officium Immacula  
 tæ Conceptionis, quod in tota Seraphica Familia obseruatur  
 & recitatur, non solum fuisse approbatum, & confirmatum  
 ab alijs Summis Pontificibus Sixti Quarti successoribus, sed  
 etiam ab eodem Pio Quinto, vt grauitè, & doctè ostenditur  
 in Regeito Armamentarij Seraphici; quod insuper notauit  
 Illustris. & Reuerendiss. D. Franciscus de Sossa, qui sapien  
 ter aduertit, neuiquam ipsum SS. D. Pium Quintum in refor  
 matione Brasarij reprobasse, sed potius confirmasse prædi  
 ctum officium Immaculatæ Conceptionis, vt potè approbatū  
 inter alia à Sede Apostolica, vt ex prima Rubrica Breuiarij  
 manifestè constat.

Col. 219.  
 In tractat. de  
 Concep. fol. mi.  
 227.

3. p. 7. 27. ar. 2.  
 §. ad 2. ex ap  
 probat.

Vnde reatè inferitur aberrasse à veritate M. Bartholomæū  
 de Medina, dum respondens ad argumentum, quod sibi pro  
 posuit desumptum ab auctoritate Ecclesiæ celebrantis mys  
 tærium Immaculatæ Conceptionis, dixit: *In Breniario Romano  
 expresse præceptum esse, vt aboleretur officium antiquum in quo dice  
 batur B. Virginem præseruatam fuisse ab omni Libè peccati origina  
 lis, & inijun esse, vt officium celebraretur instar natiuitatis Virginis  
 mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis.* Sed quantum  
 in hac solutione à veritate (vt diximus) aberrauit M. Medi  
 na sapienter notauit illustris Theologus Agustinianus Aegi  
 dius de Presentatione in Conibricenti Vniuersitate insignis  
 Cathedralis, expendens eam eandem solutionem, dixit:  
*Quomodo enim improbari potest, reijci, & prohiberi, quod ab ipsa Se  
 de Apostolica ad Diuinum cultum emanauit, & institutum est? Repr  
 hendendus est igitur Medina, dum ausus est scribere Ecclesiam in ijs,  
 quæ ad Diuinum cultum pertinent, reprobare tanquam falsam, quod  
 eadem Ecclesia, vt piam, & verum approbauit.*

Tom. de Cœcep.  
 lib. 3. q. 5. a. 6.  
 §. 5. n. 25.

Nec minus, sed magis probat, & persuadet, approbatam,  
 & confirmatam esse à sanctitate Pij Quinti veritatem, quam  
 continet mysterium Immaculatæ Conceptionis, id ipsam,  
 quod falsus est, nec potuit negare ipse Medina, nimirum or  
 dinasse,

9

Hæc, & constituisse SS. D. Pium Quintum, quod in solenni  
 festo Inuenturæ Conceptionis Beatiss. Virginis non aliud  
 fieret, & celebraretur officium, nisi illud ipsum, quod fit, & re-  
 citatur in festo Natiuitatis eiusdem SS. Virginis, tantummo-  
 do mutato nomine Natiuitatis in Conceptionis nomen. Ad  
 quam dispositionem videtur motus SS. Pontifex ex revela-  
 tione (quam refert sanctus Anselmus) facta cuidam Religio-  
 so Abbati Becensis. Quobis (nomine Heluino (vel ut alij di-  
 cunt Helino), qui ad Angliam reuerti cupiens mare ingredi-  
 tur, & cum iam maximam partem maris prospero cursu tran-  
 sisset, subito densa surgentibus undique ventis, horrida tem-  
 pestas cœlum commouit, & undas, qua tempestate fractis re-  
 mis, funibusque ruptis cadentibus velis, spe salutis amissa, ni-  
 hil nisi sub meritionis exitium ab omnibus expectabatur. Cū  
 que de salute corporum desperati, animarum solummodo  
 magnis clamoribus salutem creatori suo commendarent, &  
 Beatissimam Virginem Mariam Dei Genitricem, miserorū  
 refugium, & desperatorum spem, deuotè reclamarent. Ecce  
 subito conspicitur quemdam admodum reuerendæ habitu-  
 dinis virum Pontificali insula decoratum, quasi inter medias  
 undas naui proximum, qui vocans ad se Heluinum Abbatem  
 his verbis cœpit eum appellare. Vis (inquit) periculum ma-  
 ris euadere? Vis in Patriam tuam sanus reddere? Cumque cū  
 fectu id toto corde desiderare, & hoc solum expectare respō-  
 derit, tunc ille scias (inquit) me ad te Domina Nostra Dei Ge-  
 nitricæ Maria directum esse, ad quam dulciter reclamasti; &  
 si dijs meis obtemperare volueris, sanus cum comitibus  
 tuis euades imminens periculum maris. Illi uerò illico spon-  
 det se in omnibus obtemperaturum, si illud euaderet naufragi-  
 um. Promitte (inquit Heluinus) Deo, & mihi, quod diem  
 Conceptionis, & creationis Mariæ Domini Iesu Christi so-  
 lenniter celebrabis, & celebrandum predicabis, sed pruden-  
 ter rogauit Abbas Heluinus, quo officio uteretur in Ecclesia-  
 stico obsequio? Cui responsum est, in officium, quod di-  
 citur in eius Natiuitate; dicitur in Conceptione, excepto  
 quod nomen Natiuitatis mutabitur in nomen Conceptionis.  
 Hæc feruntur omnia ex Anselmo.

Ex hac igitur reuelatione motus, & si non ex illa, ex motio-

*In Regest. Arm.*

*col. 2.*

ne, & Illustratione Spiritus Sancti, vt caput Ecclesiæ SS. P. Pius Quintus decreuit ita esse celebrandum mysterium Immaculate Conceptionis Beatiss. Virginis, vtendo nimirum in tota Ecclesia eodem officio, quo ipsa vtitur, dum celebrat festum Natiuitatis eius, mutato solummodo nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis. Vnde clarè colligitur non aliâ fuisse mentem Pij Quinti in hac ordinatione, nisi eam ipsam quam habet Ecclesia, dum celebrat festum Natiuitatis Deiparæ Virginis. Constat autem hoc intendere Ecclesiam, cum celebrat festum Natiuitatis Domini nostræ, eam scilicet, fuisse sanctam, à peccati originalis labe omnino carentem. Ergò idem ipsum dicendum est intendere Ecclesiam, eiusque caput cum celebrat festum Conceptionis Beatissimæ Virginis, eam nimirum, fuisse sanctam, Immaculatam, vt potè præseruatam à peccato originali. Quod quidem apertissimè patet ex vltimo responsorio Homiliæ, quæ habetur in vtroque festo Natiuitatis, & Conceptionis, etenim in illo dicitur: *Sentiunt omnes, et in unum iunamen, quicumque celebrant tuam sanctam Natiuitatem; in hoc verò, quicumque celebrant TV AM SANCTAM CONCEPTIONEM.* Igitur si Pius Quintus, & cum illo Ecclesia, & omnes Pontifices, qui in ea illi successerunt, negauerunt, & negant peccatum originale Beatiss. Virgini in sua Natiuitate, quia in ea fuit sancta, Diuina gratia condecorata, cum qua compati nequit peccatum originale, eo ipso quod Ecclesia cum suo capite celebrat festum Conceptionis eiusdem Virginis, & eam Conceptionem appellet sanctam, Diuina gratia condecoratam, nullatenus cum illa potuit compati originale peccatum.

3. p. 4. 27. a. 1.  
in arg. sed cont.

Hic discursus validissimas sibi vendicat vires ex doctrina, quam docet Angelicus Doctor S. Thomas; nam examinans vtrum Beata Virgo in vtero fuerit ante suam Natiuitatem sancta, seu gratia sanctificata contra obiectiones, quas sibi proposuit, hoc confecit argumentum: *Ecclesia celebrat Natiuitatem B. Virginis, non autem celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto.* Ergò B. Virgo in ipsa sua Natiuitate fuit sancta. Notandum maximè est pro nomen, ipsa, quo vtitur Angelicus Doctor, nam cum sit demonstratiuum designat, quod in ipso instanti, & puncto Natiuitatis Beatiss. Virginis fuit sancta, gra-  
tia

tie Diadema condecorata, unde si aliquis existimaret, diceret-  
 que Ecclesiam (cum celebrat festum Natiuitatis B. Virginis)  
 tantummodo celebrare Natiuitatem spirituales eius, nixus  
 de sententia Thomæ, qui dixit: *Per gratiam sanctificantem nasci  
 deus homo spiritualiter, secundum illud Ioannis, ex Deo nati sunt. Qui  
 in hoc sensu intelligeret celebrari in Ecclesia festum Natiui-  
 tatis B. Virginis, capite erraret: nam Ecclesia in celebritate  
 huius festi non excludit, sed includit veramque Natiuitatem  
 Beatis. Virginis, naturalem scilicet, & spiritualem, cuius  
 vestigijs insitens Angelicus Doctor, ideo dixit in ipsa sua Na-  
 tinitate fuit sancta, quemadmodum Cicero in varijs casibus  
 dixit: *Illo ipso tempore: illo ipso anno: ipso illo die, quo lex est data.*  
 Quasi diceret, non in alio tempore, anno, die, nisi in ipso nu-  
 mero, quod, vel qui designatur per nomen ipso. Quod etiam  
 confirmatur auctoritate Angelici Doctoris, nam exponens  
 illud Iob: *Quem misimus sum ego ipse, & non alius, dico scilicet nu-  
 mero.* In eodem igitur sensu loquitur S. Thomas, cum inquit:  
*In ipsa Natiuitate. Dicitur numero, non in alia numero, spe-  
 cie, genere, vel ordine distincta: nam Ecclesia cum celebrat  
 festum Natiuitatis B. Virginis respicit gratiam, & sanctitatem  
 quam habebat in puncto Natiuitatis naturalis eius, in huius  
 rei veritate nullum potest esse dubium, sed error sinegetur.**

Ex hac doctrina Angelici Doctoris delimitur efficax argu-  
 mentum ad probandum Beatis. Virginem in instanti sue Cõ-  
 ceptionis fuisse sanctam, animamque eius superna gratia cõ-  
 decoratam: nam eadem vim, & efficaciam, quam habet ar-  
 gumentatio D. Thomæ pro mysterio Natiuitatis Beata Vir-  
 ginis, habet etiam facta pro Immaculata Conceptione eius:  
 nam veraque eodem nititur principio, siquidem æqualiter, &  
 ratiocinatur toto nomine mutato, vtriusque mysterij festum  
 celebrat Ecclesia; quapropter in vtraque argumentatione ea-  
 dem præsumptio debet inferri consequentia, hanc intulit Ange-  
 licus Doctor pro mysterio Natiuitatis. *Ergo Beata Virgo in ip-  
 sa sua Natiuitate fuit sancta.* Eadem igitur, & nos mutato no-  
 mine inferre debemus. *Ergo Beata Virgo in ipsa sua Conceptione  
 fuit sancta.*

Vicerias augetur vis, & robur huius patris, qua gaudet  
 vtrumque mysterium, ex eo quod Sanctitas Sixti Quarti ( vt

*vbi prox. in 1.  
 arg.*

*Vide Thes. ling  
 lat. verb. ips.*

*Cap. 19. v. 27.  
 in contract.*

Apud Arman.  
in Regest. col.  
106.  
Et Granado, ed.  
de Concept. fol.  
59. §. 3. proba.

nallum Aduersarijs pateret effugium) omnes vias eius con-  
cluse lapidibus quadratis, vt videre est in sua prima Extraua-  
gante graue nimis, in qua dum retulisset eos, qui afferebant:  
Ipsam Romanam Ecclesiam solam spiritualem Conceptionem, seu san-  
ctificationem eiusdem Virginis Mariae celebrare. Statim subdidit:  
Huiusmodi assertiones predicatorum eorumdem, & aliorum quorun-  
libet, qui affirmare presumerent eandem sanctam Romanam Eccle-  
siam ac spirituati damtaxat Conceptione, & sanctificatione eiusdem  
Virginis gloriose festum celebrare, &c. Vt pote falsus, & erroneas,  
atque à veritate alienas, &c. Autoritate Apostolica presentiam te-  
more reprobamus, & damnamus. Vbi maximè animaduertendum  
est aduerbium, *dumtaxat*. Eo enim significat Pontifex se non  
reprobare, & damnare, vt falsum, & erroneum asserere, quod  
Ecclesia celebret spiritualem Conceptionem, & sanctifica-  
tionem, quam gratta operata est in anima SS. Virginis, sed  
solum damnare ab instanti eius naturalis Conceptionis ex-  
cludere spiritualem Conceptionem, & sanctificationem: nã  
quod intendit Ecclesia, dum celebrat mysterium Conceptionis  
Beatiss. Virginis, nunimè est celebrare sanctitatem, quæ  
excludat Conceptionem eius naturalem, sed vtramque clau-  
dere.

Apud Arman.  
in Reg. col. 185.  
& D. 11. tom. 4  
pag. 475.

Confirmatur grauite: hoc ipsum autoritate ss. P. Grego-  
rij XV. nam in decreto, quod fecit circa mysterium Immacu-  
late Conceptionis Beatiss. Virginis, præcepit. *Omnibus, &*  
*siogulis personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cuiusvis Ordi-*  
*nis, & instituti Regularibus, vt in sacrosancto Missæ sacrisicio, ac Di-*  
*uino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio quàm*  
*Conceptionis nomine vti debeant.* Vbi nihil aliud intendit ss. Põ-  
tifex, quàm significare id ipsum quod sanctitas Sixti Quarti,  
nimirum, nullatenus excludendam esse à Conceptione natu-  
rali Beatiss. Virginis Conceptionem spiritualem, seu sancti-  
ficationem, ideo que in ipso decreto perus dicitur: *Eadem san-*  
*ctitas sua voluit, & expressè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi*  
*huiusmodi decretis non aduersantur, constitutiones Sixti IV. Alexan-*  
*dri VI. & Pij V. eius predecessorum super Conceptione*  
*Beatiss. Virginis Mariae, firmæ, & illibate remanant.* Quod hoc  
quidem intenderit ss. Pontifex, dum præcipit: *Non alio quàm*  
*Conceptionis nomine vti debeant.* Patet manifestè, nam Ecclesia  
non

non celebrat solam Conceptionem naturalem SS. Deiparæ, sed decoram Sanctitate, qua in illo instanti splenduit anima eius: aliter enim non vocaret eam, vt vocat sanctam Ecclesia, dum dicit: *Quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem*, neque Angelicus Doctor diceret: *Non autem celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto*.

Ultimo confirmatur veritas huius doctrinæ ex Theologia, quam docet S. Thomas, dum examinat: *Verum Christus in triduo mortis fuerit homo*, pro cuius resolutione ait. *Dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter, & absolute loquendo erroneum est. Fundamentum cui nititur S. Doctor est: Quia pertinet ad veritatem mortis hominis, vel animalis, quod per mortem desinat esse homo, vel animal: mors enim hominis, vel animalis provenit ex separatione anima, qua complex rationem animalis, vel hominis. Hoc ipsum seruata debita proportione verificatur in mysterio Immaculate Conceptionis SS. Virginis, nam vt ab Ecclesia celebratur, ad hoc quod vita gaudeat, nec mortem opperat, sed ab illa præseruetur, necessum omnino est, vt in eodẽ instanti, veluti anima, & corpus hæc duo simul coniungantur, vnianturque, nimirum, Cõceptio naturalis Beatiss. Virginis, & gratia qua anima eius sanctificata fuit, si vna, ab altera se iungatur, & separetur perit, moritur mysterium Immaculate Conceptionis, sicut moritur homo, cum à corpore eius anima separatur; ex quo ulterius sequitur, quod quemadmodum in instanti, quod disiungitur à corpore anima introducitur in illud forma cadaverica; sic etiam si in instanti Conceptionis Beatiss. Virginis, ab anima eius gratia leiungatur, necesse est in illam introduci originale peccatum, quo cum talis Cõceptio ab Ecclesia non celebratur, nisi pro aliquo sancto (vt inquit D. Thom.)*

Ex his omnibus rectè inferitur graue admodum esse fundamentum, quod habent graues, & docti Theologi, vt sentiant errorem esse affirmare, quod Ecclesia (dum celebrat mysterium Conceptionis Beatiss. Virginis) solummodò intendit celebrare spiritualem Conceptionem, seu eius sanctificationem; alij verò qui magis sobriè procedunt oppositum probant euidentibus de monstracionibus, tametsi mitentur eos, qui aliter sentiunt. *Vnde provenit, quod negari nequeat, eadem*

3. p. q. 50. a. 4.

Vide Arman.  
col. 59. & 270

Grana. tract. de  
Conc. f. 58.

demmet doctrinæ, qua S. Thomas probat Beatam Virginem fuisse sanctam in ipsa sua Natiuitate, euidenter etiam probari pariter fuisse sanctam in ipsa sua Conceptione, consequenterque Angelicus Doctor hoc nostro sæculo, quod sentit, & docuit de vno, sentiret, & doceret de altero mysterio obstrictus suæ ipsi fundamento, quale est, esse sanctum, quod celebrat Ecclesia; cum quo optimè cohæret, non pari passu curre re vtrumque mysterium, prout ab Ecclesia celebratur, siquidem negare sanctitatem B. Virginis in ipsa sua Natiuitate error est in fide, non tamen est, id negare in ipsa sua Conceptione, tametsi prohibitum sit sub gravibus penis propter scâdalum publicè propalare. Ratio igitur ob quam licet Ecclesia celebret vtrumque mysterium, error sit negare in vno id, quod error non est negare in altero, fundatur in ipsius Ecclesie auctoritate à qua pendet vnum damnare, alterum permittere.

Ex his omnibus dictis, & relatis in hoc §. constat quanto perè fauerint mysterio Immaculatæ Conceptionis prædicti sancti Pontifices qui in Ecclesia floruerunt, ostendentes erga illud magnum suum affectum, amorem, & deuotionem. Quapropter diffinire tanquam dogma Fidei opinionem ad eod oppositam mysterio, quod celebrat vniuersa Ecclesia, & cui festiuissime plaudunt omnes eius Fideles (per paucis exceptis) quid aliud foret, quam condemnare omnes piæ, & sanctas adiones, quas in honorem, & gloriam Immaculatæ Conceptionis Beatiss. Virginis operati sunt in Ecclesia, qui Pontificali dignitate splenduerunt in ea, approbando, & confirmando eius officium, concedêdo tot gratias, & indulgétias, insuperque approbando, & confirmando Religiones dicatas, & consecratas, eidem mysterio, quarum institutum fate tur hanc Virginis Immaculatam Conceptionem.

Ex quo rectè inferetur hoc fore maius inconueniens, quam fuisse illud, quod infert Medina, dum dicit, quod si diffiniretur in Ecclesia mysterium Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ: Omnes sanctos patres eius condemnasset. Quo dato, sed non concesso (cum Illustriss. Theologus Aegidius de præsentatione quatuor tamen referat solum clarè loquentes pro opposita sententia: *Eccuim* (inquit) *re bene ex pensa pro ea quatuor tantum*

*tantum numero referri possunt) quis nō videat hoc inconueniens,*  
*quod inferat Medina multo minus esse si comparatur cū illo,*  
*quod inferatur contra auctoritatem Ecclesie, quæ sanctorum*  
*auctoritati præferri debet? Vnde ipsi sancti Patres vestigijs*  
*Ecclesie insunt semper, pro suspectis habentes, qui aliter*  
*procedunt, vt patet manifestè ex epistola quam misit D. Ber-*  
*nardus (si fortè est eius, quod aliqui non sentiunt) ad Canoni-*  
*cos Ecclesie Lugdunensis, eos enim in illa seuesè reprehendit,*  
*quoniam festum Immaculatae Conceptionis, quod vni-*  
*uersaliter non celebrabat Ecclesia, ipsi priuatim celebrare*  
*auderent: Miramur (ait Bernardus) quod visum fue- . hoc tem-*  
*porè quibusdam vestrum voluisse mutare colorcm optimum, nouam*  
*inducendo celebritatem, quam ritus Ecclesie nescit. Post hæc agens*  
*ipse Bernardus de mysterio gloriosæ Assumptionis Beatiss.*  
*Virginis, quod tota celebrabat Ecclesia, subdit: Hæc mihi de*  
*illa cantat Ecclesia, & me eadem docuit decantare. Ego verò, quæ ab*  
*illa accepi, securus & teneo, & trado, quod non situpulosus faccor,*  
*admisserim. Non igitur securum se indicabat Bernardus, nisi*  
*ritui adhereret, quem sciebat Ecclesia, quod verò ipsa cele-*  
*brabat, sine scrupulo admittebat, obis que vitiis amplectebatur,*  
*tradebat, & docebat absque scrupulo.*

Epist. 174.

Angelicus etiam Doctor probaturus, quod infidelium filij baptizari non debent inuitis parentibus recurrit ad motū in Ecclesia obseruatum, iuxta quem inuitis parentibus filij eorum non baptizantur, & ita inquit: *Respondeo dicendum, quod maximam habet auctoritatem Ecclesie consuetudo, qua semper est in omnibus amulanda: quia & ipsa doctrina Catholicorum Doctorum ab Ecclesia auctoritatem habet. Vnde magis standum est auctoritati Ecclesie, quam auctoritati, vel Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscumque Doctoris.* Iuxta hanc S. Thomæ doctrinam optimè probatur quantum præster auctoritas Ecclesie, auctoritati sanctorum, & cuiuscumque Doctoris, quapropter semper illis est præferenda: nam auctoritatem, quam sancti habet in sua doctrina, ab Ecclesia accipiunt, vt sapiens dixit Angelicus Doctor.

2.2.q.10.4.12

Hinc est, quod ex diffinitione mysterij Immaculatae Conceptionis SS. Virginis non sequitur (vt dixit Medina) condēnari ab Ecclesia omnes sanctos (etiam si aliter sentirēt), quod nega-



negamus) nam omnes sancti, eo ipso quod sancti sint quid-  
 quid dicunt docent, et aduſq; ſubmittunt correctioni ſanc-  
 tæ Romanæ Eccleſiæ; noluit enim ſcire, quod ipſa neſcit,  
 nec aliter ſapere, quam ipſa ſapit, vt videre eſt in Diuo Ber-  
 nardo, cum enim in illa epiſtola, quam miſiſit ad Canonicos  
 Lugdunenſes, eos grauiter corripuiſſet, propterea quod pri-  
 uatim celebrabant Immaculatâ Conceptionē, quâ Eccleſia  
 non celebrabat (tamen ſi ſanctus) conſiderans ſe hominem,  
 timebat errare, quam obrem ad ſinem epiſtolæ ſubdidit: *Quæ  
 autem dixi abſque præiudicio ſanctè dicta ſunt ſanctus ſapientis. Roma-  
 na præſertim authoritati, atque examini totum hoc, ſicut, & cætera,  
 que eius nodi ſunt vniuerſa reſeruo, ipſus ſi quid aliter ſapio para-  
 tus iudicio emendare.*

Nec ad rem prætereundus Angelicus Doct̄or, qui cum ani-  
 maduerteter ſe iam conſtitutum eſſe in ipſo mortis articulo  
 (vt refert Illuſtriſſimus Ambroſius Catharinus) toto corde  
 conſtitutus eſt: *Magis eſſe ſequendam vocem Eccleſiæ, quam ſuam.*  
 Quibus verbis tetraſtanct, quod dixerat antea Angelicus  
 Doct̄or, ſiquidem præbendo rationem quare Eccleſia vniver-  
 ſaliter, neque alia particulariter ſuo tempore nõ celebrabant  
 myſterium Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virginis,  
 dixit: *Nam Romana Eccleſia, & plurimæ aliæ conſiderantes Concep-  
 tionem Virginis in originali peccato fuiſſe, feſtura coæceptionis non  
 celebrant. Quid mirum ita ſentiſſe Angelicum Thomam, ſi  
 in ſuo ſæculo non audierat vocem Eccleſiæ, dicentis: *Sentiant  
 omnes tuum inuicem, quicumque celebrant tuam ſanctam Conceptionem?*  
 Nec vocem omnium particularium Eccleſiarum trium  
 Ordinum Serapatici Patris noſtri Franciſci, clamantium, &  
 cantantium (ſede Apoſtolica approbante, & confirmante)  
*In Conceptione tua Virgo immaculata fuiſti: tota pulchra es Maria,  
 & macula originalis non eſt in te: nec eſt tibi virga in qua, nec nodus ori-  
 ginalis, nec cortex actualis culpa ſunt.* Si has voces audierit D.  
 Thomas, minimè vox eius diſſonaret, ſed potius concineret,  
 id ipſam: repetens ſeruentius, & ſuauius, quis dubitet? Si iam,  
 iam moribundus dixit, quia has voces non audierat, *magis ſe-  
 quendam vocem Eccleſiæ, quam ſuam.**

Ex dictis rectè colligitur ſemper præferendam eſſe autho-  
 ritati ſanctorum authoritatem Eccleſiæ, cui omnes authori-  
 tates

Apud Biblioth.  
 Virg. tom. 2.  
 pag. 36 lit. A.

Quodlibet 6. q.  
 4. a. 7.

Apud Biblioth.  
 Virg. tom. 2.  
 pag. 35.

13

tares subdūtur, quia ut sapienter docuit D. Thomas, & refert  
 Catharinus non quæcumque dixerunt, aut scripserunt: Sancti  
 vera esse, & ab Spiritu Sancto profecta. Neque enim illis Spiritus  
 Sanctus assistit, sicut sac. Ecclesiæ quam regit, & gubernat,  
 in ijs, quæ in illa definiuntur: id eodēq; iustus incenueciēs esse  
 condemnare suas pias, & sanctas actiones, quam dicta aliquo  
 rum sanctorum, quæ vel retractarunt, vel timentes errare  
 Ecclesiæ correctioni subiecerunt.

§. III.

*Resolutio §. antecedentis, confirmatur efficaciter auctoritate sacri  
 Concilij Tridentini.*

**E**X dictis, relatis, & expensis §. præcedenti satis, superq;  
 constat diffiniri non posse Thomisticam opinionem:  
 nihilominus tamen ad maiorem huius rei confirma-  
 tionem, proferenda in medium est auctoritas sacri Concilij  
 Tridentini, ex enim enervatur fundamentum cui nixi Docto-  
 res propugnantes sententiam oppositam piæ, contendunt  
 non hanc, sed istam definiendam fore, ut potè magis conso-  
 nant sacre scripturæ, sanctisque Patribus, sed quantum hoc  
 à veritate absit, non videtur posse negari, si attendatur quod  
 decretum est in sacro Concilio Tridentino, assistente Spiritu  
 Sancto. In eo enim definitum fuit omnes filios Adam, eius  
 in sua conceptione contrahere peccatum, quod originale  
 appellatur, quod quidem Concilium probat auctoritate A-  
 postoli Pauli, dicentis: *Per unum hominem peccatum intravit in  
 mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertra-  
 sivit, in quo omnes peccaverunt.* Quo quidem loco Apostoli utun-  
 tur Thomistæ ad probandum Beatissimam Virginem Con-  
 ceptam fuisse in peccato originali, sicut & omnes alij filij A-  
 dam, & ita Magister Bartholomæus de Medina probaturus  
 suam opinionem, dixit: *Primum argumentum, & potissimum de su-  
 mitur ex sacris literis, ex quibus frequenter habetur hæc fidei regula  
 omnes in Adam peccasse, & mortuos fuisse in eodem.* Similiter ex emi-  
 nentissimus Caietanus postquam asseruisset, prorsus illeque  
 hæc verba: *Positio dicens Beatam Virginem esse præservatam à pec-*

sess. 5<sup>a</sup>

Rom. 5.

In 3. p. 4. 27.  
 a. 2.  
 Tom. 2. opuscu-  
 tracl. de Con-  
 cept. c. 3. in ini-  
 tto.

D

cato

In cathal. Con-  
cil.

eadē originali, & reatibus, &c. Est contraria Fidei Catholica. Illud  
probat secundo loco Apostoli relato à M. Medina, inquit  
enim: *Oportet namque de Beata Virgine firmiter credere, quod Chri-  
stus est mortuus pro ipsa, & quod ipsa est mortua morte peccati.* Ex  
quo constat, secundum mentem, & intentionem eminentissi-  
mi Caicrani, non aliter etiam habuisse Paulum, quam cōpre-  
hendere Beatiss. Virginem sub peccato originali, & reati-  
bus, &c. sicut omnes alios filios Adami, quo tamē minimē ob-  
stante, in sacro Concilio Tridentino, vbi de illustri Dominica  
na Familia interfuerunt septem, & quadraginta Patres litte-  
ris insignes, sex Archiepiscopi, quatuordecim Episcopi, Re-  
uerendissimus Magister generalis, quatuor Theologi à Sum-  
mo Pontifice missi, vnus à Rege Philippo, altera Lusitano Re-  
ge, Procurator Reuerendiss. Episcopi Saguntini, nouem &  
decem Theologi eiusdē Familię, cum omnes igitur hi in sacro  
Tridentino Concilio interfuerint, tamen si vt pote filii doctissi-  
mę suę Familię, acerrimique propugnatores doctrinę Ange-  
lici Doctoris, præsertim illius, quam docet circa cōceptio-  
nem Beatissimę Virginis, pro cuius doctrinã defensione sa-  
tis, sepeque sodarunt, nulli parcentes labori sacram verlan-  
do scripturam, Concilia, sententiasque sanctorum Patrum:  
nihilominus tamen hoc non obstante, persuasi sunt (illustran-  
te illos Spiritu Sancto) cum reliquis eiusdem Concilij Patri-  
bus, quod nec Pauli loca, nec alia sacra Scripturæ, Conci-  
liorum, & sanctorum Patrum illos obstringebant ad comprehē-  
dendum sub decreto peccati originalis cum omnibus filiis  
Adam Beatissimam Virginem Mariam, quandoquidem loca  
communia, generales leges aliquam pati soleant exceptio-  
nem, vt ex doctrina Angelici Doctoris omnibus patet, quod  
potissimum in Beatissima Virgine passim inuenitur obser-  
uatum; vnde ipse S. Thomas, vt eam à peccato originali libe-  
raret in utero matris, & in eo sanctificatam fuisse propugna-  
ret, soluens argumentum sumptum ab authoritate Augusti-  
ni, dicentis: *Sanctificatio qua efficiuntur templum Dei, non nisi renaz-  
torum est.* Ex quo inferabatur non posse Virginem sanctificari  
in utero matris, nisi prius nasceretur. Soluens igitur hoc argu-  
mentum Angelicus Doctor, inquit: *Augustinus loquitur secundū  
legem communem, secundum quam per Sarracena non generantur  
aliqui,*

aliqui, nisi prius nati, sed Deus huic legi Sacramentorum potentiam suam non alligavit, quin aliquibus ex privilegio gratiam suam conferre posset, ante quam nascantur ex viro. Hæc doctrina S. Thomæ non fugit in sacro illo Concilio tot Patres, & ita iuxta illam facile solvebant omnia argumenta desumpta ab autoritate Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum; fundabantur enim in lege communi, quæ non excluderat privilegia singularia, maxime in Beata Virgine, in qua Deus (quippe qui eam elegit in matrem) operatus est tot prodigia, tot miracula supra naturam, & communes leges. Quapropter non fugit etiam illos Patres divinitus illustratos, quod nec fugit naturalis rationis dictamen; quis enim adæquatus, & impositus esse potest, qui (cum in sua esset potestate) eligeret in matrem feminam, quæ fuisset servavilissimi, contemptissimique Heri, suo charactere notata, relicta ea, quæ esset nobilis, & illust. is omni virtutum genere condecorata; hoc agere posset nisi mente alienus, & captus? Tum maxime cum dicat Spiritus Sanctus: *Gloria filiorum Patres eorum*. Quo loco probavit Angelicus Doctor, quod iam tota Catholica fateatur Ecclesia, nimirum Beatissimam Virginem, nec levis culpe labæ fuisse maculatam, cuius puritatis rationem (maxime notandam) præbuit sanctus Doctor, dixit enim: *Non autem fuisset idonea Mater Dei si peccasset aliquando*. Vim autem, & robur huius rationis fudavit in loco relato Spiritus S. subdidit enim: *Quia honor parentum redundat in prolem; secundum illud Prouerbiorum: Gloria filiorum Patres eorum, unde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset*. Si igitur iuxta mentem Angelici Doctoris hoc Spiritus Sancti loco probatur Beatissimam Virginem non fore idoneam Matrem Dei, si vel leuissimam committeret veniale peccatum, quia leuissima eius ignominia redoundaret in Deum, si illam habuisset Beatissima Virgo, quippe qui eius filius, sicut ipsa erat mater: quanto ergo maiori iure, Beata Virgo non foret idonea Mater Dei si in sua Conceptione contraxisset originale peccatum, cum cuius gravi, & daque ignominia comparari nequit illa, quam seculi afferunt peccatum originale, siquidem hoc privat animam gratia sanctificante, reddidit inimicam Deo filiam ira, & demoni. seruam suo charactere notatâ, quorum nihil efficit peccatum veniale.

*Prouerb. 7.*

*3.p.q.27.a.1.*

le. Ergo multo magis Beata Virgo non fuisset idonea Mater Dei si in sua Conceptione contraxisset originale peccatum, quam si commisisset veniale, multoque magis dedecere Deum talem habere matrem.

seff. 5.

Hæc omnia, quæ dicta, & expensa sunt, optimè norant Patres sacri Tridentini Concilij, ideoque secretum fuit in illo, quod obseruarentur constitutiones Sanctitatis Sixti Quarti, quas ipsum Concilium innouauit, quo decreto, innouatione, & confirmatione constitutionum Sixti Quarti damnata est propositio eminentissimi Caietani supra relata, saltem quo ad maculam peccati originalis, dixit enim: *Positio dicens Beatam Virginem esse præseruatam à peccato originali, & reatibus, &c. est contraria fidei Catholica.* Unde iuxta hunc sensum positionis in quo includit Caietanus absolutè præseruationem Beatæ Mariæ, vt contrariam Fidei, heresis esset, quod nunc celebrat Ecclesia tanquam piū, & verum, recipiuntque, & venerantur omnes fere Fideles; asserere autem hoc esse hæreticum tanquam falsum, & erroneum damnauit, idem Sixtus Quartus (cuius constitutiones innouauit Concilium Tridentinū) nam in extrauagante grauenimis, eas propositiones, quas aliqui prædicatores proferebant, asserentes, peccare mortaliter, vel hæresis crimen committere, eos, qui crederent, & tenerent Beatiss. Virginem in instanti suæ Conceptionis à peccato originali præseruatam fuisse. Vel illos, qui eiusmodi mysterium celebrarent, aut sermones audi. Et. Has ergo omnes propositiones contionatorum, vt falsas, erroneas, & à veritate alienas damnauit SS. Pontifex; cõstat ex dicta extrauagante, in qua dicitur: *huiusmodi assertiones prædicatorum eorundem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent eos qui crederent, aut tenerent eandem Dei Conitricem ab originali peccati macula in sua Conceptione præseruatam fuisse, propterea alicuius heresis lubepolatos fore, vel mortaliter peccare, aut huiusmodi officium conceptionis celebrantes, seu huiusmodi sermones audientes alicuius, eam reatum incurrere, vt pote falsis, & erroneas & à veritate penitus alienas, &c. Authoritate Apostolica tenere præsentium reprobamus, & damnamus.* Bene tamen verum est, quod ipse eminentissimus Caietanus ad finem capitis secundi, & tertij, fatetur non esse contrariam fidei positionem, quæ solum diceret

Beatam

Infer. corp. iur.

Beatam Virginem esse praeferuatam à peccato originale, ac  
 proinde rectè & auit, quod initio cap. tertij asseruit, & autho-  
 ritate Apostoli probauit, dixit enim: *Oportet namque de Beata  
 Virgine firmiter credere, quod Christus est mortuus pro ipsa, & quod  
 ipsa est mortua morte peccati: quoniam in sacra Scriptura, habetur  
 ista conditionalis, si Christus est mortuus pro omnibus, omnes mortui  
 sunt, vt patet secunda ad Corinth. 5. cap.*

Hinc rectè inferitur minimè posse diffiniri opinionem Tho-  
 misticam oppositam veritati Prophetae. nam ex tali diffinitione  
 sequeretur grauisimum inconueniens, quale esset fore ve-  
 ras, & Catholicas propositiones secundum Fidem, illas, quas  
 Sanctitas Sixti Quarti damnauit, vt falsas, & erroneas, alijq;  
 Pontifices, & sacrum Concilium Tridentinum innouarunt,  
 & confirmarunt. Quod hoc inconueniens sequatur, facile pro-  
 batur; etenim, si in Ecclesia diffiniretur opinio Thomistica,  
 de Fide esset Beatiss. Virginem in peccato originali concep-  
 tam fuisse, consequenterque propositio, qua aliquis negaret  
 Beatam Virginem fuisse in peccato originali conceptam: ta-  
 lis propositio saltem esset falsa, & erronea, vt potè quæ oppo-  
 neretur alteri propositioni Thomisticae de Fide diffinita: pro-  
 indeque manifestè etiam sequeretur non esse verum, quod ve-  
 rale declarauit Sanctitas Sixti Quarti, & confirmarunt alij  
 Pontifices, & sacrum Concilium Tridentinum, nimirum esse  
 falsas, & erroneas propositiones asserentium crimen hære-  
 sis committere, eos qui credebant, & tenebant Beatiss. Virgi-  
 nem in sua Conceptione à peccato originali praeferuatam fuisse,  
 quod igitur potest esse maius, & grauius inconueniens.

Nec potest dici, quod idem inconueniens sequeretur ex  
 eo quod diffiniretur de Fide sententia pia: nam etiam si San-  
 ctitas Sixti Quarti in constitutionibus suis, innouatis, & con-  
 firmatis à sacro Concilio Tridentino, eisdem penis damnet  
 asserentes committere hæresis crimen, vel peccare fataliter  
 eos, qui affirmant Beatam Virginem in peccato originali cõ-  
 ceptam fuisse. Nihilominus tamen in eadem extrauagante  
 graue nimis nullibi inueniatur, quod Pontifex damnet, vt  
 erroneas, & ab omni veritate alienas eiusmodi propositio-  
 nes, solum ergo ea prohibet penis, & censoris, præbetque ra-  
 tionem talis prohibitionis, vt constat ex ipsis verbis, inquit  
 enim:

enim: Item nota, & scientia, & auctoritate similibus simili panis,  
 ac censura subdicientes eos, qui ausi fuerint asserere contrariam opi-  
 nionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum origina-  
 li peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurere  
 mortale, cum id nondum sit à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede de-  
 cissum. Vbi notanda est ratio ob quam Pontifex prohibet pœ-  
 nis, & censuris asserere hæresim esse, seu crimen eius cõ-  
 mittere eos, qui opinionem Thomisticam defendant, inquit enim:  
 Cum id nondum sit à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decissum;  
 quasi diceret cum nondum sit ab Ecclesia definita se-  
 rentia pia nemini licet alteram oppositam, vt hæreticam damnare.  
 Verum cum Sanctitas Sixti IV. prohibet etiam pœnis, & cõ-  
 loris id ipsam asseri contra sententiam piam, iterum eiusmo-  
 di assertiones, vt antea fecerat, damnat, vt falsas, & erroneas,  
 ab omni que veritate alienas, vt constat ex verbis, quæ subdit:  
 At motu, scientia, & auctoritate (inquit) prædictis statuimus, &  
 ordinamus, quod Prædicatores verbi Dei, & quicumque alij cuiuscun-  
 que status, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero  
 auctore temerario præsumperint in eorum sermonibus ad populum, seu  
 alias quomodolibet affirmare huiusmodi sic per nos improbatas, &  
 damnatas assertiones veras esse, ac dictos libros pro veris legere, te-  
 nere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, ex cõ-  
 municationis sententiam eo ipso incurrant, &c.

Ex his clarè conitat, quod ex diffinitione sententiæ piæ mi-  
 nimè sequeretur idem inconueniens, quod ex diffinitione  
 sententiæ Thomisticæ, cum tantopere vna ab altera dissideat,  
 habet enim pro se sententia pia propositiones declaratas, &  
 confirmatas, quas non habet sententia Thomistica, consequè  
 terque non pari passu currunt, quare inconueniens, quod  
 sequeretur, ex diffinitione vnius, non sequete-  
 tur ex diffinitione alterius.



## §. IV.

*Proposuit ingens difficultas contradictoria in §. antecedenti,  
cuius solutione amplius roboratur.*

**N**ON Nos fugit grauis admodum difficultas, qua sese offert contra ea, quæ proximè dicta, & expensa sunt, oriturque ex autoritate eiusdem SS. Papa Sixti IV. nam in prima Extrauaganti graue nimis, quam expediunt, nõ solum prohibet pœnis, & censuris propositiones assertiuas, siue verbo, siue scripto hæreticum fere credere Beatis. Virginem à macula peccati originans præseruatam non fuisse, sed etiam eas videtur damnare, vt falsas, & erroneas, inquit enim: *Pari damnationi, & censuræ subijcentes illos, qui predicare, docere, aut alijs verbo, vel scriptura affirmare, præsumerent hæreticum fore credere eandem Virginem gloriosam à peccati originalis macula præseruatam non fuisse.* Vnde constare videtur pari passu currere in damnatione, & pœnis, censurisque, vnã, & alteram sententiam, piã, & Thomisticã, consequenterque fatendum esse videtur idemmet inconueniens, quod dictum est sequi ex definitione sententiæ Thomisticæ, fore etiam sequendum si diffiniretur sententiã piã, ac proinde neutram posse diffiniri.

Hæc grauis difficultas, vt solui facillè possit, per prius nobis dissoluenda est alia difficultas, quæ à Theologis in controuersiam ducta est; inquirunt enim, an (suppositis, quæ ordinauit, constituit, & præcipit in suis Extrauagantibus Sanctiss. Sixti IV. circa mysterium Immaculatę Conceptionis Beatis. Virginis) committeret hæreticis crimen, quicumque vt hæreticam damnaret vnã, vel alteram sententiam, siue piã, siue non piã? Circa quod licet aliqui Theologi doceant, illum qui sic damnaret vnã, vel alteram sententiam hæreticis crimen committiturum, alij verò asserant solum temerarium fore; qui inter omnes sapientissimè nodum huius difficultatis dissoluit, fuit per Illustriss. Theologus Aegidius de Præsentatione, docet enim secernendam esse vnã ab altera sententiã, vt legitimè quæsitio resolui queat, quapropter loquendo solum de sententiã piã, asserit illum, qui illam, vt hæreticam,

*Habet, apud Ser-  
mam in Regest.  
col 106.*

*Tom de Controv.  
B. M. lib. 3. q. 2.  
ar. vii. §. 3.*



damnaret hæresis criminem commissurum, loquendo verò de sententia in omittica, negat eiusmodi criminem commissurum, sed tantummodo illum affirmare rem falsam, & in Fide reuerentiam. Primum probat, quoniam ille qui docet doctrinã oppositam illi, quæ definita est in Ecclesia, tanquam dogma Fidei, hæresis criminem committit, sed qui docet, & damnat, ut hæreticam sententiam piã docet oppositum rei definitæ à supremo Ecclesie capite. Ergò crimine hæresis committitur. Quod veritas, quam continet secunda propositio, minor est ab Ecclesie capite definita, præbat Aegidius autoritate Sãcristie Sixti IV. nã in Bulla graue nimis supra relata reprobat, & damnat, ut falsas, & erroneas, ab omni que veritate alienas propositiones assertentiam hæreticam esse, credere, & tenere Beatis. Virginem præteritam fuisse in sua Conceptione à macula peccati originalis. Sed ad hanc probationem specialiter animaduertit Aegidius verba, quibus utitur Pontifex in sua Extrauagante, inquit enim: *Autoritate Apostolica tenore presentium reprobamus, & damnamus, &c. Ex quibus verbis (ar) Aegidius euidenter constat assertiones, quæ affirmant hæresim esse, aut peccatum mortale, tenere, quod Beata Virgo peccatum originale non contraxit. Autoritate apostolica damnatas esse, & reprobatas, quæ verba definitionem continent.* Quod autem relata Pontificis verba definitionem continent, probat ipse Aegidius ex cap. *Damnatus de Summa Trinitate.* Siquidem non alijs, sed iisdem prorsus verbis: *Damnatus, & reprobatus.* Vtus est S. P. Innocentius Tertius, quum ut hæretica fuit dãnta doctrina Abbatis Ioachimi, quod constat ex verbis: *Si quis igitur. Vbi præcipitur, quod quicumque eam propugnaret, vel approbaret, tanquam hæreticus, ob omnibus euitetur.* Sed ne aliquis ex hoc inferret definitum iam de Fide esse mysterium Immaculatae Conceptionis, subdit Aegidius: *Cum quoque nondum esset de Fide Virginem sine peccato originali fuisse conceptam Cuius rationem præbens, inquit: Nam longe aliud est, nondum esse de Fide Virginem fuisse conceptam sine originali, & esse de Fide non esse hæresim, aut peccatum mortale, asserere eam a peccato originali fuisse præseruatam. Quod discrimen ne à veritate aberremus maxia è notandum est.*

Confirmat sapienter Aegidius ipsam assertionem nixæ nouo

§. III.

§. vbi sup. n. 13

nono fundamento, inquit enim i Non solum esse de Fide infal-  
 libiliter vera esse, qua Ecclesia tanquam de Fide diffinit, sed etiam  
 ea, qua absque Fidei diffinitione ab Ecclesia indicantur, aut in Fide  
 certa, aut Fidei pietatis consuetudine, aut eam Fidei principis valde consen-  
 sientia. Haec est enim Fidei Catholica excellentia, ut non solum nihil  
 falsi possit diffinire tanquam de Fide, sed nec possit alicui falso ad-  
 harere sub ratione, & ordine ad Fidem. Ex hac vera doctrina in-  
 fert sapientissimè idem Aegidius alia quæ maximè animad-  
 vertenda est pro expeditione gratiarum difficultatum, quæ se-  
 se offerre possunt in hoc mysterio Immaculatae Conceptionis  
 Beatiss. Virginis, velle impaudè diffiniri queat, inquit  
 igitur Inductio est, ut veritas, qua aiquomodo ad Fidem pertinet,  
 non solum excludat errorem certum, & manifestam falsitatem, sed  
 etiam possibilitatem, ut sit falsa, & veritati contraria. Ultimo co-  
 cludit, dicens: Statuendam igitur est Fidem Catholicam docere ni-  
 hil, quod ad Fidem quo quomodo pertinet, à parte rei posse esse falsum,  
 quod ex materia de Fide supponimus.

Ibidem.

Hac Theologia veraque doctrina supposita tanquam fir-  
 mo, stabilique fundamento, illo nixus asserit sapientissimus  
 Aegidius, quod tamen si sententia pia negans in peccato ori-  
 ginali conceptam fuisse Beatiss. Virginem non sit in Eccle-  
 sia diffinita: Ad Fidem tamen (inquit) pertinet, idque iudicio, &  
 autoritate Ecclesia, non quidem diffinientis eam, sed ut veram, &  
 piam in Fide approbantis. Unde sapienter infert, quod licet  
 hæc propositio negans conceptam fuisse in peccato origina-  
 li SS. Virginem Mariam de Fide non sit diffinita, tamen: De  
 Fide (inquit) erit præfata propositio in se ipsa ita esse veram,  
 ut falsa esse non possit, & per consequens non possit continere, aut ha-  
 resim, aut malitiam mortalem. Præbens autem rationem, quare  
 sub hac consideratione de Fide sit repugnare, quod posset  
 esse falsa eiusmodi propositio, subdit: Etenim contra Fidem est  
 errare Ecclesiam, dum aliquid tanquam pius, & sanctum admittit, &  
 fieri præcipit, licet illud non diffiniat.

Num. 15. fin.

Hæc doctrina sapientissimè tradita ab illustri Magistro  
 Aegidio, adamussum complectur, & verificatur in mysterio  
 Immaculatae Conceptionis SS. Reginae nostræ Mariæ, illud  
 namque festivissimè celebratur ab vniuersa, sancta, & Catho-  
 lica Ecclesia, & SS. Pontifices, qui floruerunt in ea clarigen-  
 tes

tes copiosas gratias, & indulgentias ad tanti mysterij celebritatem mirum immodum sunt exhortati fideles, ipsique generali plausu suscipiunt, & venerantur. Hoc igitur fuit motum; fundam. Et ubi; quo nixus SS. P. Sixtus IV. in sua extraneagante graue nimis damnauit, et potè falsas, & erroneas, propositiones asserentium esse hereticum, quod Ecclesia vtriu, & sanctorum celebrat. Quod heridem rectè notauit idè Aegidius, ait enim: *Quod Sixti fundamentum a Tridentino, & alijs Pontificibus approbatum, satis efficaciter confirmat, contra fidem esse, affirmare hereticum esse, & per se malum, quod Ecclesia tanquam pium, si non definiendo, tamen fauendo admittit, approbat, & precipit, &c.* Explicans autem ipse, quam obrem est contra fidem eiusmodi proferre assertiones, inquit: *Etenim contra fidem est errare Ecclesiam, dum aliquid admittit tanquam pium, & iustum, & fieri precipit, licet illud non definiat.*

*Vbi sup*

Num. 18.

Accedit iam Aegidius ad probandum secundum quod proposuerat omnium illum, qui ut hereticam damnaret opinionem Thomisticam non criminis hæresis committendum, sed solummodo affirmare rem falsam, & in fide temerariam, probat autem sic: *Quia licet audacia sit plenum, & temeritatis in materia Fidei absque Ecclesia auctoritate opinionem aliquam, aut hæreseos, aut culpæ mortalis damnare, quod Ecclesia nondum damnauit: tamen talis assertio nil continet ob quod in se ipsa damnatur erroris, aut peruersitatis, cum talis assertio nec Fidei repugnet, nec veritatibus ut de fide receptis.* Vnde constat, quod falsitas, temeritas, & audacia eiusmodi assertionum tantummodo ortum habet, ex eo, quod propria, & peculiari auctoritate fallacia, & falsitati subiecta, ut hereticum damnatur, quod ab Ecclesia, eiusque capite nondum definitum, damnatur ve sit. Nihilominus tamen cum similes assertiones Fidei Catholicæ non opponantur, neque etiam illis veritatibus, quæ consonæ sunt Fidei, & cum eius principijs connexionem habent, hinc est, quod minimè damnari possint tanquam hereticæ, vel erroneæ. At in illis assertionibus, quibus ut hereticum damnatur venere, credere Beatis. Virginem præseruatam libere ab originali labe, non solum inuenitur falsitas temeritas, audacia, eo quod propria, & peculiari auctoritate damnatur, quod Ecclesia, nec distinxit, nec damnauit, sed etiam reperitur

ILLUD.

illud quod repugnat, & opponitur veritati Fidei, siquidem, ut hereticum, & localiter culpabile damnatur, quod Ecclesia cum suo capite solenniter colendum precipit, & sanctum, ac proinde consonum Fidei Catholice, principijque eius, ut videre est in myllerio Immaculate Conceptionis SS. Virginis. Cuncta docet sapientissime M. Aegidius: iam vero (inquit) in assertiono posita, & reperitur prefata temeritas, & auaritia, cum diffinitur tanquam de Fide, quod Ecclesia de Fide non diffinitur, & reperitur repugnantia cum veritate Fidei, dum hæresicos, & peccati damnat id quod Romana Ecclesia, & Sedes Apostolica ut pius, & Fidei consonans probat, & precipit, dum diem Conceptionis publice mandat celebrari.

Confirmat, ampliusque roborat Aegidius hanc veritatem quam docet, non solum ex vera sententia Theologorum assertentium Ecclesiam non posse errare in celebrandis sanctorum festis, sed etiam ex sententia illorum Doctorum, qui docent non diffiniri de Fide ab Ecclesia hanc sanctorum festorum celebritatem, sed solum ut piam, & Fidei consonam, cū hæc pia diffinitio sufficiat ad credendum tanquam de Fide, veram, & infallibilem esse eiusmodi celebritatem, consequenterque ad damnandum tanquam hereticum, affirmare, quod in hac sanctorum celebritate ab Ecclesia facta reperiri possit falsitas, vel fallacia, ita sentit sapienter Aegidius, inquit enim: Satis est hæc pia diffinitio, ut credendam sit de Fide talem veritatem esse infallibilem, ita ut hæreticum sit affirmare, aut de falso in hoc dari, aut dari posse aliquam falsitatem. Quod quidem patet ex doctrina ab Aegidio tradita in hoc §.

Vbi prox.

Ex dictis, allatis, & probatis clarè liquet minimè pari passu currere utramque sententiam piam, & Thomisticam, consequenterque solutionem gravis, ingentisque difficultatis propositæ. Et enim cum Sanctitas Sixti IV. in sua prima extravagante graue nimis inquit: *Pari damnationi, & censura subiicientes, &c.* Paritas neuiquam in omnibus est intelligenda, sed tantum in eo, quod fecum graue non affert inconueniēs: & ita maxime notandum est, quod in hac prima Bulla graue nimis, propositiones assertentium hæreticum esse credere, & tenere Beatiss. Virginem præseruata non fuisse in sua Conceptione à macula peccati originalis, non solum fuerunt damna

ræ, & reprobata à Sixto IV. vt erroneæ, sed etiam tanquam  
 falsæ (vt pote falsas, & erroneas) quare cum etiam S.S. Pontifex  
 damnat propositiones assertentium hæreticam esse doctrinã  
 opinionis Thomisticæ, paritas, & convenientia damnatio-  
 nis eiusmodi, tantummodo intelligenda est in eo, quod om-  
 nes falsæ, & temerariæ sint ob rationes in hoc §. dictas, ac mi-  
 nimè paritas datur, in hoc, quod sint omnes erroneæ, sed so-  
 lummodo illæ, quibus vt hæreticū damnator credere, & tene-  
 re Beatis. Virginem à macula peccati originalis præ erro-  
 ram fuisse. Cum disparitatis ratio constat ex dictis, quando  
 quidem solummodo damnari possit, vt erroneum, quod op-  
 ponitur Catholicæ Fidei, & veritatibus, quæ illi sunt conso-  
 næ, connexionemque habent, cum principijs eius, vt videre  
 est in mysterio Immaculatæ Conceptionis sanctissimæ Vir-  
 ginis, cum illud celebret Ecclesia, ac proinde in eius cele-  
 britate (vt probatum est) nequeat ioueniri falsitas, aut fal-  
 sia, sed infallibilis veritas. Hoc autem nemquam conueni-  
 re potest opinioni Thomisticæ, cum par fundamentum mini-  
 mè habeat, non enim quod docet illa, celebrat Ecclesia, quin  
 potius his nostris sæculis, adeo inermis est, ad õque illam vi-  
 res deficiunt, vt merito de ipsa opinione loquens Decisissi-  
 mus P. Suarez dixerit: *Quo fit vt contraria sententia nullo, vel fir-  
 mo, vel satis apparenti fundamento iam nitri possit.* Solum igitur  
 damnari possunt tanquam falsæ, & temerariæ propositiones  
 assertentium hæreticum esse, quod docet sententia, seu opinio  
 Thomistica, licet fateri debeamus eiusmodi facilitatem non  
 fundari in principio, in quo fundatur falsitas propositionum,  
 quæ opponuntur sententiæ piæ, cum huius veritas nitatur prin-  
 cipijs Fidei, cui consona est, quibus tamen non nititur senten-  
 tia Thomistica, quamobrem propositio illam, vt hæreticam  
 damnans erronea non est, vt notauit Aegidius, dicens: *Cum  
 talis assertio, nec Fidei repugnet, nec veritatibus, vt de Fide receptis.*  
 Ex quo colligitur solutio replicæ, quam ad hominem aliquis  
 posset facere; manet ergo firmum, & stabile opinionem  
 Thomisticam non posse diffiniri.

(††)

Tom. 2. in 3. p.  
 d. sp. 3. sect. 6.  
 §. dico 4.

*Probatum validissimè tantummodò in Ecclesia posse diffiniri  
sententiam veram, & piam.*

**T** AMETSÌ ex dictis, probatisque in §. precedenti inferatur, rectè solummodo posse diffiniri ab Ecclesia Beatis Virginem Mariam præseruatam foule in sua Conceptione à macula peccati originalis, nihilominus tamen efficaciter probatur hoc optimo syllogismo. Omne mysterium, quod ad eò verum est, ut illi repugnet esse falsum, tantummodo diffiniri potest in Ecclesia ab eius capite supremo, sed Conceptio Immaculata SS. Virginis Mariæ, est mysterium ad eò verum, ut illi repugnet esse falsum. Ergo Conceptio Immaculata SS. Virginis Mariæ potest diffiniri in Ecclesia ab eius supremo capite. Maior propositio huius syllogismi tam certa est, quam est certum non posse errare Summum Pontificem in eo, quod ex cathedra diffinit: erraret autem si posset esse falsum, quod ex cathedra diffinit. Ita docet eminentissimos Cardinalis Bellarminus. *Papa Romanus ( inquit ) est Pastor, & Doctor totius Ecclesie: quia pastor, & Doctor vniuersalis est, non potest errare, cum docet ex Cathedra, alioqui tota Ecclesia erraret, quæ illum sequi tenetur, definire autem res fidei, ad illum pertinet, quia non potest errare. Idem prorsus docet, probatque P. Suarez: Hæcenseo (ait) esse rem de fide certam. Consequentia syllogismi est legitima, solum igitur propositio minor probanda nobis est, quod ut præstemus, necessum est alium facere syllogismum in hunc modum, omne illud quod publice, sollemniter, & vniuersaliter celebrat Ecclesia sancta, est verum, cui esse falsum repugnat, sed Conceptio Immaculata Beatissimæ Virginis Mariæ publice, sollemniter, & vniuersaliter celebratur ab Ecclesia sancta. Ergo Conceptio Immaculata Beatissimæ Virginis Mariæ, est vera, cui repugnat esse falsum, consequentia est evidens, propositio minor probata iam manet in paragraphis præcedentibus. Maior autem propositio sic probatur venter, quia Ecclesia errare nequit in celebrandis festis sanctorum, quare celebrando ut sollemniter, & vniuersaliter celebrat festum Immaculata Conceptionis SS.*

Vig.

*Li. 2. de Christ.  
cap. 28.*

*Tract. 1. de fide  
c. 5. sect. 8. n. 4*

*§. 2. 3. & 4.*

Virginis, concessis tor gratijs, & indulgentijs, sancta debet esse hæc Conceptio, ac proinde libera a macula peccati originalis illi repugnante, nam si ei non repugnaret eiusmodi peccati macula, erraret Ecclesia colendo tanquam sanctam, Conceptionẽ, quæ non excluderet talem maculam, sed posset illam habere. Quod autem Ecclesia nequeat errare in celebrandis, & colendis festis sanctorum, sapienter illud probat P. Suarez, docens quam conveniens sit præceptum, quo obligat ad eorum observantiam, eo quod ad Divinum ordinetur cultum, & ita supponit hanc veritatem ex fide certam fundatam in perpetua traditione, & communi Ecclesiæ consensu: *Quæ cum sit (inquit) columna, & firmamentum veritatis, clarum est in retanti momenti, & quæ ad sanctitatem morum pertinet, errare non potuisse.* Ex quo solvit argumenta hæreticorum.

*Te. 1. de Relig.  
lib. 2. de dieb.  
fest. c. 2.*

*Lib. 3. de cult.  
SS. c. 10.*

*Lib. 1. de SS.  
Beat. c. 9.*

Idem præstiterat eminentissimus Bellarminus, & ita vtrës hæc certa, & Catholica doctrina, ex ipsa probat Ecclesiam nõ posse errare, seu septemum caput eius in canonizatione sanctorum, vt constat ex eius argumentatione (inquit enim) *Si liceret dubitare an sanctus canonizatus sit sanctus, liceret etiam dubitare an sit colendus. At hoc est falsum, siquidem Augustinus in epistola 118. dicit insolentissima insania esse, disputare, an sit faciendum, quod tota Ecclesia facit.* Ex quibus veris constat supponere eminentissimum Cardinalem non posse Ecclesiam errare in colendis festis sanctorum, siquidem ex eo probat, neque etiam errare posse in canonizatione eorum: nam si in vno posset errare, posset etiam in altero, & vtrumque liceret dubitari, cum autem neutrum liceat dubitari, fatendum est in vtroque caso repugnare falsitatem, ne Ecclesia possit errare, sed quia in his errare Ecclesia nõ potest, merito protulit S. Bernardus illa verba, quæ affert ipse eminentiss. Cardinalis in confirmationem Catholicæ veritatis. *Ego (inquit Bernardus) quæ accepi ab Ecclesia, securus teneo, & trado.* Quod autem hæc securitas, quam habebat S. Bernardus nasceretur, ex eo quod certò existimaret Ecclesiam errare non posse in colendis sanctorum festiuitatibus, ipse explicat eadem epistola siquidem agens de festiuitate natali SS. Deiparæ lubdit: *Fuit proculdubio, & Mater Domini ante sancta, quam nata, nec fallitur omnino sancta Ecclesia sanctum reputans ipsum natiuitatis eius diem, & omni anno*

ante exultatione vniuersa terra votiuā solennitate suscipiens.

Vicerius progreditur eminentissimus Bellarminus in probatione huius Catholicae veritatis, pro qua avertit inconuenientias, eaque maxima, quae ex opposito sequerentur, nam si Ecclesia posset errare in colendis festis sanctorum: *Frangerentur* (inquit) *viuentes intercessionibus eorum inuocarent enim saepe damnatos pro Beatis*. Insuper subdit eminentiss. Princeps: *Præterea Ecclesia petet et sibi maledictionem pro benedictione, cum in orationibus sanctorum petit, ut sicut illos Deus glorificauit in caelis, sic nobis gratiam largiatur in terris.*

Hæc omnia quæ allata, probataque sunt, efficaciter per sua dem, Ecclesiam non posse errare in cultu, & celebritate festi Immaculatae Conceptionis Beatiss. Virginis, quod publicè, solenniter, & vniuersaliter colitur, & celebratur, ac proinde, eius modi festum, nec posse etiam subijci falsitati, quippè quæ illi repugnat propter eius certitudinem, & infallibilitatem; aliter enim liceret nobis dubitare, an erraret, vel non erraret Ecclesia in tali cultu, & celebritate, consequenterque nobis non esset illa securitas, quam habebat S. Bernardus de sanctitate, qua in suo festi natali gaudebat Beatissima Virgo, proptereaquod ab Ecclesia colitur, & celebratur.

Præterea non solum verificarentur inconuenientia, quæ sapienter notauit eminentiss. Bellarminus, sed alia etiam: in officio namque Immaculatae Conceptionis, quo vtitur vniuersa Ecclesia, ut supra notatum manet, dicitur: *Sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem*. Sed tamen Ecclesia eadem verba repetat mutato nomine in officio natiuitatis eiusdem Virginis, confitens suam sanctitatem, minimè possemus certò, & infallibiliter dicere, quod dicebat S. Bernardus: *Quæ accepimus ab Ecclesia securitatem, & tradimus*. Nam quæ potest esse securitas, ubi non repugnat falsitas? Similiter nec cum Bernardo dicere etiam possemus (nomine mutato:) *Nec fallitur omnino sancta Ecclesia sanctum reputans ipsum Conceptionis eius diem*. Nam quo pacto, non posset omnino Ecclesia falli, sanctum reputans Conceptionis diem, si ei non repugnaret macula originalis peccati?

Sed veniamus ad peculiare officium Immaculatae Conceptionis, quod in vniuersa Syriacâ Familia obseruatur à Sc-



de Apostolica approbatum, quodque tot gratiæ, & indulgē-  
 riæ committantur, in hoc igitur officio si ad eius orationes at-  
 tendamus, iuuenimus verificari inconuenientia, quæ nota-  
 uic eminentiss. Bellarminus: nam pro benedictionibus pete-  
 remus maledictiones: siquidem in prima oratione, qua dici-  
 tur. In sacro sancto sacrificio Missæ, & in Canonicis horis, hæc  
 habentur uerba: *Quasumus, ut sicut ex morte eiusdem filij sui præ-  
 uisuram ab omni labe præseruasti, ita nos quoque mundos eius inter-  
 cessionis ad te peruenire concedas.* Vbi fatendum est, casu, quo  
 Beatissima Virgo non fuisset præseruata ab originali pecca-  
 to, nos in tali oratione petere maledictionem pro benedictio-  
 ne, siquidem precantes æternam felicitatem postulare-  
 mus, non fructionem, sed amissionem eius, quod quidē ad e-  
 zlienum ab oratione est, ut de illa loquens eminentiss. Caieta-  
 nus diceret, quod quoties in oratione petimus, quod nos de-  
 decet. *Hæc non orationes sed execrationes sunt.* Verumtamen est  
 quod in uita aliquas impressiones non inueniuntur hæc for-  
 malia uerba, sed immutata sic enim leguntur: *Vi qui ex morte  
 eiusdem filij sui præuisa, &c. nos quoque mundos, &c.* Nihilominus  
 tamen nullum est fundamentum, quo niti valeat eiusmodi  
 immutatio uerborum, siquidem minimè constat, qua autho-  
 ritate facta sit, quare merito existimatur, non ab alia causa  
 provenire, quam à dolo, & fraude, ut bene notauit Seraphi-  
 ca Familia Cisnontana: *Incertum est (inquit) quo iure, aut autho-  
 ritate facta sit prædicta mutatio, imò illegitime, & dolo malo, vel in-  
 discreto zelo factam fuisse, ipsi inconstanter persuadet.* Verumta-  
 men non ad e- se extendit fraus, ut immutaret omnes oratio-  
 nes, immutata enim reliquit orationem secretam, qua di-  
 citur in Missa, in qua hæc habentur uerba: *Vi sicut ipsa tua gra-  
 tia præueniente, hodie mundo immunis apparuit, ita ipsi mundum de  
 tua matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem.*  
 Ex qua uerborum forma obseruata, manet ipsum inconue-  
 niens, quod dictum est sequi, si uerum non esset, quod suppo-  
 nit oratio, à tot Pontificibus approbata simul cum toto offi-  
 cio, & missa in uniuersa Seraphica familia obseruatis.

Nec prætereundum est, quod in confirmationem huius  
 ueritatis, quam probamus, sapienter docet P. Suarius, agens  
 eam de mysterio huius Immaculatæ Conceptionis SS. Dei-  
 paræ,

2.2.9 83.4.40

Arma. col. 124

To. 1. de Reliq.  
 Lib. 1. de diebus  
 fest. c. 8.

partem examinat, verum eiusmodi festum posset ab Ecclesia constitui, & numerari inter alia festa eiusdem Beatissima Virginis, quae sub praecipuo observantur, pro cuius resolutione inquit: *Non potest in dubium reuocari, quia certum est esse licitum, ac plura tale festum celebrare: ergo etiam debet esse certum, potuisse ab Ecclesia praecipui, cuius rei rationem praebens, ait: Quia Ecclesia non solum permittit, aut tolerat hoc festum, sed etiam approbat, & consultit, & indulgentiis concessis fauet obseruantibus illud. Non potest autem Ecclesia admittere vniuersalem errorem in materia morali: ergo nec cultum illicitum positum (ut sic dicam) approbare: ergo nec cultus illius festi sanctus, & licitus est. Quod etiam probat Suarius auctoritate Sixti IV. Idem enim (inquit) Sixtus Quartus cum in extrauag. cum praeeccelsa de reliquijs, & veneratione sanctorum hoc festum approbasset, & cultoribus eius indulgentias concessisset, statim in extrauag. graue nimis excommunicat ipso facto eos, qui dixerint non esse licitum Conceptionem Virginis, eiusque festum celebrare.*

Ex quibus omnibus constat vrgenter probatam esse propositionem maiorem syllogismi propositi, consequenterque Ecclesiam non posse errare in definiendo mysterio Immaculate Conceptionis Beatiss. Virginis, siquidem in celebritate, & cultu eius errare non potest, in vtroque enim par splendens, & infallibilis certitudo, cui omnino repugnat falsitas.

## §. VI.

*Satis sit obiectionibus, quas diuini opponi possunt.*

**G**RAUES, Doctique Theologi docent, quod tunc Ecclesia errare non potest in celebrandis, colendisque sanctorum festis, cum simpliciter, & absolute illa instituit, ut videre est in festo Natiuitatis SS. Virginis, cuius sanctitas in illa indubitabilis est, siquidem opinionum probabilitate minime nititur, quod quidem non ita se habet, in celebritate, & cultu festi Immaculate Conceptionis, siquidem sanctitatem, quae in illa splenduit solum iudicat Ecclesia probabilem, & piam, proindeque ex eius celebritate, & cultu non inferitur sanctitatis infallibilis certitudo, cui falsitas repugnat,

pugnat, sed solum probabilis, & pia, cui falsitas non repugnat consequenterque, nec repugnabit falli, & errare posse Ecclesiam in tali cultu, & celebritate. Ex quo etiam ulterius inferitur non pari passu currere festū Natiuitatis, & Conceptionis Immaculatę Beata Virginis, cum in hac non detur in dubitabilis, & infallibilis sanctitatis certitudo, qua in illa datur; quapropter licet in celebrando Natah SS. Virginis Ecclesia falli, errareque nequeat, quibus tamen in celebra da eius Immaculata Conceptione.

Confirmatur primo hoc ipsum, ut videtur efficaciter, ex autoritate Sixti IV. & Pij V. quippē qui Fidelibus liberā reliquerunt facultatem sequendi, quod sibi magis probabile, magisque pium visum fuerit. Vnde videtur (specialiter) Sanctitas Pij V. declarasse tanquam æqualiter probabiles vnā, & alteram opinionem piam, & Thomisticā, consequenterque vtramque subiectam falsitati, cum hæc non repugnet probabilitati opinionum, quę semper inclinant ad assentiendum alicui rei, cum formidine partis oppositę, ex quo restē inferitur inueniri posse falsitatem, & errorem in Thomistica, & pia opinione, nam si huic, & nō illi repugnaret error, seu falsitas, non maneret libera facultas sequendi, vel respuendi, quod magis probabile, magisque pium visum fuerit, quod quidem esset contra constitutionem super speculā, in qua SS. Pius V. inquit: *Liberam cuique facultatem relinquentes opinandi huius controuersie quālibet partem, prout vel magis pium, vel magis probabile esse iudicauerit.*

Secundo confirmatur hoc auctoritate Sanctitatis Gregorij XV. qui in decreto, quod fecit circa Immaculatam Conceptionem Beatiss. Virginis, postquam silentium imposuisset, ne quis auderet in sermonibus, & scriptis priuatis asserere, quod Beatiss. Virgo fuit concepta in peccato originali, statim in ipso decreto subditur: *Per hoc tamen auctoritas sua nō intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præiudiciū inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supra dicto solenni recordationis Pauli V. & hoc suo decreto disposita.* Ex quibus verbis manifestum est, quod Sanctitas Greg. XV. reliquit opinionem Thomisticā in omni sua probabilitate absque omni etiam præiudicio, quod

quæ illi possit inferri; inferretur autem magnum si sententia pia de Fide diffinitur, si quidem damnata, ut hæretica, maneres, quippe quæ opposita sententiæ piæ diffinitæ.

Solutio huius obiectionis clarè liquet, ex omnibus, quæ dicta, & probata sunt in §. præcedenti, etenim eademmet fundamenta, quibus nititur infallibilis certitudo festi Natiuitatis Beatæ Virginis, quod celebrat Ecclesia ob Sanctitatem, quæ in illo splendet, ipsa etiam persuadent, infallibilem esse certitudinem Sanctitatis, qua in sua Immaculata Conceptione Virgo SS. splenduit, ob quam etiam celebrat Ecclesia solenniter eius festum, proindeque sicut falli, nec errare potest in celebritate, & cultu festi Natiuitatis, ita neque Immaculatæ Conceptionis. Quod quidem sapienter docuit per illustris Theologus A Egidius de præsentatione, ille enim inquit: *Nulla ratio discriminis assignari potest, cur ex festo Natiuitatis B. Virginis efficaciter deducatur immunitas Natiuitatis ex vtero, ex festo autem Conceptionis efficaciter non deducatur immunitas conceptionis in vtero, in hoc sensu, ut eam fuisse sine originali, non solum sit magis probabile, sed à parte rei certissimum sit, & omnino tenendum.* Vnde patet, quod si attendatur vtrumque mysteriû Natiuitatis, & Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, quoad certam, & infallibilem veritatem, quam vtrumque habet, iuxta quam in sua celebritate, & cultu falli, errareque nequit Ecclesia, sciendum omnino est pari passu, vnum, & alterum currere ob Sanctitatem, quæ in illis supponitur ratione cuius nullam excogitari potest discrimen, tamen si detur in hoc, quod vnum sine vlia controuersia inter Fideles celebret Ecclesia, alterum verò permittendo, & tolerando, quod aliqui oppositum sentiant quoadusque diffiniat mysterium, quod de Fide sit tenendum.

Ad primam igitur confirmationem, ut exactè respondere possimus per prius animaduertendum est, quod sapienter notauit M. A Egidius, inquit enim, quod Sanctitas Sixti IV. in nulla sua ratione constitutionum declarauit se opinionem de Beate Virginis immunitate solum approbasse, ut piam, & magis probabilem. Etenim in illis constitutionibus solum reprehendit eos, qui scientes Ecclesiam Romanam hoc festum publicè celebrare ausi sunt asserere hæreticum esse, qui tenet Beatam Virginem ab originali fuisse immunè,

*Vbi sup. lib. 3.  
q. 6. ar. 1. §. 8.  
n. 36. fin.*

*Vbi prox. §. 10  
n. 82.*

*et mortaliter peccare, qui huic celebrationi interfunt, his assertiones  
demonstrat ut falsas, & erroneas. Quod quidem constat ex §§. præ-  
cedentibus, quapropter auctoritate Sixti IV. probari nequit,  
quod in confirmatione intenditur, solum ergo vrgere vide-  
atur, quod Pius V. liberam concesserit Fidelibus facultatem  
sequendi, quod magis probabile, magisque pium visum illis  
fuerit. Nihilominus tamen ex his verbis doctus notavit etiã  
ipse Aegidius colligi non posse: *Pium V. declarasse Ecclesiam  
Beate Virginis immunitatem, ut magis probabilem approbasse. Cu-  
ius rationem præbens ait: Nam aliud est Ecclesiam dare liberam  
facultatem, ut quisque quam voluerit partem eligat, & aliud Eccle-  
siam declarare se immunitatem Beate Virginis approbare solum ut  
magis probabilem. Itaque optimè stat, quod Ecclesia iudicet  
aliquid mysterium pium, & verum, & ut tale celebret, quia  
falli, aut errare queat: & ob conseruandam pacem, vitanda-  
que scandala inter suos Fideles, permittere, & tolerare,  
quod vniquisque sentiat, quod magis probabile, & pium  
visum illi fuerit, & ita si absque culpa iudicium eius à veritate  
aberrauerit in eo, quod sequitur illi imputabitur, non Ec-  
clesiæ, quæ solum amplectitur, quod pium, & verum est: ac  
proinde dum colit, & celebrat, nec falli, nec errare potest.**

*Vbi supr.*

Huius doctrinæ veritas optimè roboratur ex illa, quam docet sapientissimè idem Magister Aegidius, dum notat maximum discrimen, quod datur inter duo genera probabilitatum: alia enim est probabilitas, cui non repugnat falsitas, ac proinde illã possit sustinere; alia verò est probabilitas, ad eò vera, & certa, ut illi repugnet falsitas, quippè quæ eam sustinere nequeat: hoc supposito discrimine, docet Aegidius quod probabilitas qua nititur Ecclesia, dum celebrat mysterium Immaculate Conceptionis Beati. Virginis non est prima cui non repugnat falsitas, sed vltima cui falsitas repugnat, eo quod consona sit fidei Catholice, & cum huius principijs habeat connexionem; hinc est, quod in celebritate, & cultu huius mysterij, nec falli, nec errare queat, quod tamen non repugnet si nitetur probabilitate primæ generis: Si sermo sit (inquit Aegidius) de probabilitate cui falsitas non repugnat, hanc enim solam negamus posse stare cum celebritate Conceptionis ab Ecclesia Romana instituta: nam si sermo sit de probabilitate  
fidei

Eldel confona, cum illa omnia ex illa se posse esse falsam eam admittimus, & dicimus illam fuisse esse ipsam conceptionis autoritate Romana Ecclesie celebrari posse.

Nec negari quidem poterit huius doctrinae veritas, cum valde confirmari queat ex ea quae docet Magister Bañes filius per illustris Dominicanae Familiae, qui quidem postquam asseroit v. Idē temerarium esse, & scandalosum, multarumque haeresum sumentum asserere, quod Concilium sit supra Papam, licet ipse non audeat dicere esse dogma haereticum, tamen postea subiunxit: *Quod Caietanus refert de definitione Lateranensis Concilij sub Leone X. (cui ipse Caietanus interfuit) ubi definitum est expresse Papam esse supra Concilium. Verum tamen hoc Concilium Lateranense non est receptum in tota Gallia, neque à Parisiensibus Doctoribus: quin potius ab illis appellauerunt ad Concilium futurum. ut illorum ratio erat, quia Gallie Episcopi non interfuerunt illi Concilio propter bellum, quod tunc temporis erat inter Iulium Secundum, qui Concilium congregabat, & Regem Gallie. Hæc Magister Bañes, quae de causa tamen si retulisset ex Caietano dicente definitum esse in Concilio Lateranensi, cui interfuit, Papam esse supra Concilium; oppositum non est ausus damnare, ut dogma haereticum, cuius rationem præbens inquit: Non audeo dicere hoc esse dogma haereticum, quia nondum inuenio expresse definitum in aliquo Concilio, aut Pontificis decretali. & insuper Parisiensis Doctores, qui ita sentiunt Concilium esse supra Papam docturanur.*

Audiendus etiam est super hoc eminentissimus Belarminus, qui disputans eandem questionem, cum proposuisset hanc propositionem: *Summus Pontifex simpliciter, & absolute est supra Ecclesiam vniuersalem, & supra Concilium generale.* Secundo subdit: *Hæc etiam est sententia de Fide.* Quam quidem præbauit autoritate eiusdem Concilij Lateranensis à Caietano relati, tamen illud subiunxit: *Quod vero Concilium hoc res istam non definitur proprie, ut decretum in Fide Catholicam tenendum, dubium est, & idco non sunt proprie haeretici, qui contrarium sentiunt.*

Ex quibus recte inferunt, quod etiam si aliqua sententia ut certa, & infallibilis habeatur in Ecclesia; nihilominus tamen quia non est expresse definita, & adhuc inter Catholicos est circa illam aliqua controuersia, solent permitti, &

In 2.2. D. 1. 1.  
q. 1. art. 10. §.  
præterea §.

In 2.2. de au-  
toritate Concilij, c.  
1. §.

tolerari, qui aliter sentiunt. Nondum dissimile est, quod contingit in mysterio Immaculatę Conceptionis SS. Virginis: nam etiam si eius veritas sit certa, & infallibilis quę pępęque confonę Fidei, principijq; eius, ex eo quod publicę, solemniter, & vniuersaliter celebratur in Ecclesia, concessis tot gratijs, & indulgentijs a summo capite eius, nihilominus permittuntur, & tolerantur qui oppositum sentiunt ob pacem conferuandam, & scandala vitanda quoadque diffinitur de Fide hoc Immaculatę Conceptionis mysterium, quod audivisimę, & plausiblem expectant omnes fere fideles.

*Vbi sup. n. 93*

Illustris confirmatio eiusdemmet doctrinę, est illa quam nobis offert Doctissimus Aegidius: nam eo modo quo infra docuit esse duo genera probabilitatis, vnum cui repugnat falsitas, alterum cui non repugnat, eodem etiam modo distinguit duo genera pietatis, alia enim etiam est, quę solū est probabilis probabilitate, cui non repugnat falsitas, alia quę est certa, & infallibilis, cui proinde repugnat falsitas: quapropter in hoc inquit Aegidius, falluntur qui existimant sententiam piam subiectam esse falsitati, quia probabilis, & pia nuncupatur, cum animaduertere deberent hoc discrimen, quod datur inter vnā, & alteram pietatem; audiamus illum sic loquentem: *Aduersarij autem idēo decepti sunt, quia duplicem pietatem non distinguunt vnā solum probabilem, alterā omnino certam, & infallibilem; pietas prioris generis, eius est natura, vt a se falsitatem non excludat, qualis est illa quę grauissimi Authores putant Beatam Virginem in via Diuinam Essentiam vidisse, nunquam habuisse fomitem peccati, & alia huius generis privilegia, quę Beata Virgini fuisse concessa pię creditur, pietate tamen, quę solum includit probabilitatem, non verō certitudinem, ob quam rationem pietas illa non pertinet ad Fidem, quia non desumitur ex aliquo principio infallibili. Secus dicendum est, in pietate generis posterioris, qualis est, quę ex aliquo principio infallibili ad Fidem aliquomodo pertinente desumitur, sicut est auctoritas Ecclesię in illis, quę ad cultum Diuinū spectant: cum enim Fidei sit maximę consonum Ecclesię in his errare non posse, vsique talis pietas pertinet ad Fidem: huius generis est pietas, quę credimus Beatam Virginem sine originali peccato fuisse natam, & sanctificatam in utero presentatam in Templo, dentem in corpore, & animam in Cælum fuisse assumptā; hæc enim privilegia pię*

24

¶ *Edimus pietate ad Fidem pertinente, ex eo precise, quia ab Ecclesia  
solemniter coluntur. & ductu Spiritus Sancti celebrantur ad gratias,  
& laudes Deo reddendas. Clauit Aegidius Clauis autem suã doc  
trinam, dicens: Implicat igitur veritatem Conceptionis sumptam ex  
celebritate, auctoritate Romane Ecclesie instituta in Dei cultum, es  
se veritatem piã pietate solum probabili, cum ex dictis constet eam  
esse veritatem piã pietate ad Fidem pertinente, cui repugnat, quod  
sit solum probabili. Et merito quidem illi repugnat si eam nõ  
repugnaret, posset esse falsa pietas, & consequenter posset etiã  
falli, & errare Ecclesia in celebritate, & cultu Immaculatæ  
Conceptionis, si niteretur pietate, cui non repugnaret fal  
sitas.*

Ex his, quæ dicta sunt dilucidè constar, quod Sanctitas Pij  
V. tamen si reliquerit Fidelibus liberam facultatem amplec  
tendi, quod illis magis probabile, magisque piũ visum fue  
rit: non ideò intendit declarare, quod Ecclesia approbat  
sententiam præservantem à peccato originali Beatiss. Virgi  
nem, vt magis piã, magisque probabile in eo sensu, quem  
intendit primã confirmatio, sed in illo ipso iam explicato,  
dum actum est, de duplici genere probabilitatis, & pietatis,  
& ita cum Sanctitas Pij V. reliquit Fidelibus huiusmodi li  
beram facultatem minime abstulit à sententia piã suã cer  
titudinem, & infallibilitatem, siquidem eius probabilitas, &  
pietas talis generis est, vt vtrique repugnet falsitas; quod au  
tem aliqui Fideles, quia Thomisticam sequuntur opinionem,  
quæ non est consona Fidei, & principijs eius (quippe quæ de  
fendit, quod ab Ecclesia non celebratur, imò oppositum my  
sterio, quod ipsa celebrat) hoc minime obstat, quominus Pon  
tifes in verò, & legitimo sensu probabilitatis, & pietatis con  
cedat liberam illam facultatem propter pacem inter omnes  
Fideles conferuandam, vitandaque scandala, vt sæpè nota  
tum est.

Neque hinc potest inferri, quod de medio tollatur liber  
tas sequendi opinionem Thomisticam, siquidem ad illud li  
beram facultatem cõcessit Pius V. ob rationem dictã, quod  
quidem neutquam conceditur Fidelibus circa alia mysteria  
quæ celebrat Ecclesia in honorem Beatiss. Virginis, nam ta  
met si in aliquo alio tempore inter Fideles non aliter con



trouerſia circa illa etiam ſi celebrarentur ab Eccleſia, poſt-  
 quam tamen iam omnes Fideles ſine vlla controuerſia vnani-  
 miter conveniunt: vt de Fide, vel vt in illa terra, & infallibili-  
 ſia, celebrantur, & coluntur in tota Eccleſia; vnde grauis, do-  
 ctus, & eruditus Pater Caniſius agens de glorioſa aſſumptio-  
 ne Beatiſſ. Virginis in corpore & anima in Cœlum, merito  
 miratur ſpiritum, & zelum quibus ducti aliqui Catholici,  
 quantumuis animaduertent Eccleſiam ſolemniter celebra-  
 re eiufmodi myſterium, ne in illa celebritate conuenirent,  
 eius interpretabantur intentionem, & mentem, falſo afferē-  
 tes, quod ſolum colebat, & celebrabat feliciffimum tranſi-  
 tum; ceu mortem Sſ. Virginis, minimè verò aſſumptionem  
 eius in corpore, & anima in Cœlum; commendabantque in  
 hoc ſobrietatem Eccleſiæ, ſiquidem malebat colere, quod  
 verum, & certum putabat, quam quod friuolum, vtpote fun-  
 damento carens: loquens igitur Doctus Caniſius de his Fide-  
 libus, inquit: *Hi, Catholici quidem neſcio tamen, quo ſpiritu ducti,  
 & zelo forcaſſe, ſed non ſecundum ſcientiam inflammati de Maria  
 in Cælo aſſumpta loqui metuant, ac docere dedignantur, quocirca no-  
 men aſſumptionis expungunt, & pro eo dormitionem Sancta Dei Ge-  
 nitricis nominant, hocque Deipara feſtum, ad eius pro carnis condi-  
 tione migrantis memoriam ſolum celebrandam referre conantur. Cũ  
 Eccleſiæ ſobrietatem appellant, quod hæc elegerit cum pietate magis  
 neſcire, quam aut friuolum, aut apocryphum aliquid docere de illius  
 ſanctiſſimi corporis aſſumptione.*

Ex his patet, quam aptè cohæreant inter ſe hæc duo myſ-  
 teria, aſſumptionis, & Immaculatę Conceptionis, quę Eccle-  
 ſia celebrat, ſiquidem quod olim de myſterio aſſumptionis  
 Beatiſſ. Virginis Fideles experti ſunt, hiſce noſtris ſæculis ex-  
 petitur etiam de myſterio Immaculatę Cōceptionis eius,  
 quandoquidem in illis viſum eſt, quoniam pacto torqueatur  
 mens Eccleſiæ in celebritate, & cultu eiufdemmet myſterij,  
 ſiquidem cum alia non ſit, quam colere (vt probatũ manet)  
 ſanctam, & Immaculatam Sſ. Virginis Conceptionem in pri-  
 mo inſtanti, quo vaita fuit anima corpori eius, nihilominus  
 tamen nõ deſuere Catholici Eccleſiæ filij, qui (uo zelo ducti  
 aliter ſentiebant: & vt antiqui Fideles nomen aſſumptionis  
 metuebant, & illo vti dedignabantur, quapropter expunges

*Lib. 5. de B.  
 Virg. c. 5. §. ca  
 ter. vt ad alter.*

tas assumptionem, pro ea dormitionem nominabant; sic si-  
militer hi Catholici, qui conceptam in peccato originali SS.  
Virginem existimauerunt; metuentes etiam nomen Imma-  
culatæ Conceptionis eius, illi vti dedignabantur, quam ob-  
scure immaculatam Conceptionem expungebant, & pro ea,  
sanctificationem appellabant. Sed tametsi inter se adeo co-  
hæreant hæc duo mysteria assumptionis, & Immaculatæ Cõ-  
ceptionis Beatiss. Virginis: fatendum nobis est, quod cele-  
britas festi Immaculatæ Conceptionis nondum peruenit ad  
eum statum, quo gaudet iam festum gloriosæ assumptionis  
eiusdem SS. Virginis, huius namque veritatem negare, erro-  
neum esset; non verò esset error si illius veritas negaretur ob  
permissionem, & tolerantiam Ecclesiæ, propter ea, quæ su-  
pra dicta sunt. Nihilominus negari nequit, quod post decre-  
tum Sanctitatis Gregorij XV. supra relatum, ad eum statum  
deuenerit opinio Thomistica, vt eius doctrina contra Imma-  
culatam Conceptionem, nec in cathedra doceri, vel predica-  
ri iam possit; immò neque in sermonibus priuatis de illa lo-  
qui liceat. Ex quibus omnibus satis, superque diluta manet  
confirmatio prima.

Facile etiam ex dictis colligitur solutio vltimæ confirma-  
tionis, qua intendebatur probare, quod Sanctitas Gregorij  
XV. in suo decreto nullatenus voluit reprobare opinionem  
Thomisticam, nec vllum illi inferre præiudicium, quin potius  
voluit illam relinquere in eisdem statu, & terminis, in quibus  
reperitur, vt constat ex ipso decreto. Quod totum libenter  
concedimus; in statu namque, quem hodie habet opinio Tho-  
mistica, nullum illi inferitur præiudicium, cum nondum dif-  
finita sit sententia pia, sed ab illo, quod illi potest inferri, si dif-  
finiatur nequaquam liberat Sanctitas Gregorij XV. quando-  
quidem supponit idem ipsum, quod supposuerit alij Pon-  
tifices prædecessores eius (nimirum) quod sit articulus de Fide  
diffinibilis, mysterijque Immaculatæ Conceptionis, & ita in-  
quit: *Donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per  
Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum.*  
Cum autem (vt supra probauimus) sententia Thomistica dif-  
finiri nequeat, necessarium est, quod diffinita pia, damnata ma-  
neat Thomistica. Nec nouù hoc in Ecclesiâ, cum graues Pa-

res, & Doctores eius aliquam doctrinam docuerint, quæ tam postea, Spiritu Sancto illuminante suam Ecclesiam, ab hac ipsa damnata est; quod etiam constat ex veritate Catholica, qua confitemur Beatiss. Virginem præservatam fuisse ab omni peccato actuali: tametsi aliqui Patres Ecclesiæ ante huius rei definitionem, saltem à peccato veniali eam non liberarint.

Apud Arma.  
column. 290. &  
291.

Hinc est, quod Illustriss. pariter ac Doctiss. Ambrosius Catherinus cū Patribus tuæ Dominicanæ familiæ loquens, dixerit illis. *An putatis Romanam ipsam Ecclesiam, quam reliqua omnes (ut par est) sectantur, postquam semel eam celebrationem ex certa scientia suscepit, & alijs suscipiendam tradidit, ulli ratione probare posse quid quid illa palam, vel privatum aduersetur? Et ob eam causam si vultis veritatem capere, non aucto expresso Pontificis verbo, vobis inuolgetur, quam oppositam partem absque hæcæsis nota tenere, cum hoc unum, quod scilicet hæretici suis, notandam à Romana Ecclesiæ, & Apostolica Sede sit decisum.* Ex quibus omnibus constat, quam iustificiter tenet maneat diluta vltimæ obiectionis propositionis confirmatio.

## §. VII.

*Suadetur sententiam piam gaudere iam statu proximo ad eius definitionem.*

**O**MNIA, quæ in superioribus paragraphis tractata sunt ad hunc direximus finem, ut scilicet inaderemus sententiam piam esse iam in statu proximo suæ definitionis, nam cum probatum maneat materiam huius controversiæ Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis Mariæ esse diffinibilem, & in super non posse sententiam Thomisticam diffiniri, sed solummodo sententiam piam, restat probare, & foedere hanc esse iam in potentia proxima, ut à supremo Ecclesiæ capite diffinatur. Quod ut præstare queamus, necessum est in medium proferre fundamentum, quod nobis offertur gratis, & per Doctus Pater Gregorius de Valentia, qui postquam probavit Beatiss. Virginem à peccato originali fuisse præservatam in primo instanti suæ Conceptionis tripli-

plurimi genere locorum sacra Scriptura; necnon auctoritate,  
 & iudicio Ecclesie, simul ac Pontificum, qui in ea floruerunt,  
 additis generalis plausu ferè omnium Fidelium, præsertim in  
 signibus Academiatarum, sive illustrium Vniuersitatum iure iu-  
 rando se obstringentium, ad propugnandum, per omne su-  
 vitæ tempus, hanc Immaculatam Virginis Conceptionem;  
 postquam igitur P. Valentinus tanto auctoritatum pondere, &  
 communi Fidelium consensu probauerat hoc Immaculatæ  
 Conceptionis mysterium, subdidit: *Censeri potest hæc sententia  
 de Immaculata Virginis Conceptione esse sententia Ecclesie totius, in  
 quadam saltem potentia proxima. Cuius fundamentum est certa  
 doctrina; quam prius docuerat (nimirum) quod quum omnes  
 Fideles sine controversia complectuntur aliquod mysterium,  
 quod celebrat Ecclesia (etiam si in illa definitum non sit) ut  
 de Fide certum habetur in ea. Vnde infert, quod eo ipso red-  
 deretur, etiam certa de Fide, sententia Immaculatæ Concep-  
 tionis si nullis exceptis Fidelibus omnes conuenirent in ea.*  
*Quare ait: Propter hæc præiudicia Fidelium, & maxime sedis Apo-  
 stolicæ, facillimè fieri potest, ut tota profus Ecclesia Fidelium, nullis  
 exceptis, persuadeat sibi veram esse hanc sententiam (etiam si fortè  
 hæc sententia expressè quidem nunquam ab Ecclesia diffiniretur) quod  
 si accideret iam eo ipso redderetur hæc sententia secundum Fidem cer-  
 ta, siquidem ex Fide certum est Ecclesiam totam non posse errare per-  
 suadendo sibi aliquam sententiam, quæ pertineat ad pietatem, & cul-  
 tum Religionis.*

Si igitur consensus ferè omnium Fidelium Ecclesie, maxi-  
 mè inattentionem vestigijs supremi capitis eius, constituit in  
 status, & potentia proxima sententiam piam, ut de Fide ha-  
 beatur (tametsi non definiatur ab Ecclesia) quanto potiori iu-  
 re erit in potentia proxima, ut ab ipsius Ecclesie capite pia  
 sententia definiatur? Præsertim cum ad eius definitionem,  
 necessum minimè sit, quod omnes ad vnum Fideles conuen-  
 niant: quandoquidem etiam si Doctores tenentes Beatam  
 Virginem esse præseruatam ab originali peccato non essent nu-  
 mero infiniti (quos tamen esse affirmat Eminentiss. Caieta-  
 nus) sed pauciores, quam sunt trescentes opinionem non piã,  
 posset utique Summus Pontifex definire de Fide mysterium  
 Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis, siquidem in genera-

Tom. 4. dis. 2.  
 q. 1. part. 2. S.  
 quæ cum ita.

Tract. de Con-  
 cept. c. 52

Lib. 1. de Con-  
cilio & Eccles. e.  
18. § dico 2.

si Concilio Idem præstare potest, definiendo de Fide non quod plures Patres illius Concilij sentiunt, sed idud quod pauciores, tametsi Concilium representet Ecclesiam, sicut Pontifex Christum, cuius vices gerit. Docet hanc doctrinam, adhibita distinctione, Eminentissim. Belarmin. respondens enim ad objectionem aliquorum Catholicorum, sic inquit: *Præsidentem Concilij, ut Præsidentem debere sequi, in decreto formando, maiorem partem suffragiorum, tamen Pontificem, non ut Præsidentem, sed ut Principem Ecclesie summam posse retractare illud iudicium, & consequenter si ipse sit Præsides Concilij posse, non ut Præsidentem, sed ut Principem summum non sequi maiorem partem, quemadmodum in temporalibus iudicijs debet Præsides à Rege consiliarius sequi maiorem partem iudicium, tamen Rex tanquam superior potest totum iudicium irritare. Et hoc maxime locum habet in Pontifice, cuius est confirmare, & dirigere fratres suos, & ad hoc habet assistentiam Spiritus Sancti, ne erret, &c.*

Hæc graue explicata, tantaque autoritate roborata doctrina quis non videat optimè suaderi, in potentia proxima esse ad sui diffinitionem hoc Immaculatæ Conceptionis mysterium? Etenim si Authores, qui oppositum sentiunt, tametsi paucissimi respectu infinitorum (ut Caietanus fatetur) cum illis convenirent, qui illud amplectuntur mysterium, hoc solius sufficeret, ut de Fide haberetur quod diffinitum non est in Ecclesia. Quid aliud restat, nisi quod sapientiam caput eius aperiat os suum, & d. fiat hoc SS. Virginis Conceptionis Immaculatæ mysterium, ut sic omnes fideles (nullo excepto) gaudio exultantes, lætitiaque gestientes, ac una una voce clamantes dicere possimus, tam os Domini locutum est? Cuius quidem verbo univèrsæ orbis terrarum partes manebunt in pace compositæ, cuncta, quæ sæpe inter fideles suscitantur scâdala vitabûrur, crescet devotio, charitas augebitur. Quid boni non afferet hoc oris Domini verbum? sed neque præiudicium inferet aliquod doctissimis filijs Illustris. Dominicæ familiæ, quandoquidem qui ex illis doctiores, sapientiores, virtute præstantes, sanctitate eminentes fuerit hoc Immaculatæ Conceptionis mysterium obuijs visis amplectentes, docuerunt, ac prædicauerunt. Quis hoc neget? Nisi qui eorum scripta non euolveritis consulat (si lubet) diligens

Arma;

armamentarium, apud quod videbit quamplurimos re-  
 ctos, qui hoc immaculate Conceptionis mysterium probant,  
 suspicium, vixentur, sed inter omnes audiat venerabilis  
 Thaulerus, habemus enim obseruata (præter ea quæ afferun-  
 tur) alia vix digna tanto viro; sed quid de illo dicat Trite-  
 mius, non est silentio involuendum: Ioannes (inquit) Thaulerus  
 Ordinis S. Dominici, Theologus profundissimus, & Colonienfis ciui-  
 tatis fulcimentum, in declamandis contionibus nemini sua aetate se-  
 cundus, vir in Diuinis, & humanis scientijs eruditissimus, vnctioneq;  
 Spiritus Sancti excellenter illuminatus. Hic igitur venerabilis vir  
 quendam effecit tractatum, cui hunc impoluit titulum; Dede-  
 cem cæcitatibus, quibus magna, etiam bonorum alioqui hominum  
 pars miserè obcaecata est, &c. Ergo explicaturus quartam in ordi-  
 ne cæcitatem, hæc protulit verba: Cæcitas ergò, qua suo ordine  
 quarta sequitur, non alia est quam ignorantia inassimilabilis pulchritu-  
 dinis, bonitatis, & amabilitatis gloriosissimæ, semp:que Virginis  
 Mariæ; & primo quidem id habendum est pro comperto, eam ab ini-  
 tio, & ante secula præteritis creaturis omnibus à Deo electam, atque  
 dilectam, vt esset Mater Dei, Regina Cælorum, Porta Paradisi, Domi-  
 na mundi, Mater gratiæ, Mater misericordiæ, necnon à Summo Artifi-  
 ce in tempore præstituta longe nobilissimam, dignissimam, speciosissi-  
 mam esse creatam, ab omni peccato, & macula, tam originali,  
 quam actuali præseruatam vti hoc decebat, quæ Mater esset Vnigeni-  
 ti Filij Dei: in cuius probationem affert locum Canticorum:  
 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Vtitur etiam  
 auctoritate Ecclesiæ, vt potissimum fundamento ad proban-  
 dam mysterij veritatem; quare sic prosequitur: Et quamquam  
 non desuerunt, qui in hac parte non satis illuminati diuinitus, Concep-  
 tionem eius puritatem vocarent in dubium, eam tamen sancta Roma-  
 na, eademque Catholica Ecclesiæ, quæ errare non potest, hoc ipso, quod  
 festum Conceptionis illius celebrandum, celebratque assumpsit, & aud  
 obscure affirmat, & affirmat. Nec enim id ageret vito modo, nisi Con-  
 ceptionem tantæ Virginis, & Matris Dei, omnis fuisse contagionis  
 expertem, immò, & diuinam pro certo, exploratoque haberet, pro-  
 phana namque festi, ad nauis Ecclesiæ. Sed quod maximè animad-  
 uertendum, omnique consideratione dignum videtur, est  
 quod subiungit venerabilis hic vir, ait enim: Nunc enim diabo-  
 licæ cæcitate dispulsa, mentis aperto aculo, & vide, vt malignus, &

In Regest. col.  
 83. & 282. &  
 562.

Col. 477. &  
 539. & 510.  
 In Apend. vit.

eter spiritus ab amore, & deuotione erga Matrem misericordia rē  
auocare nititur, quandoquidem, bene illi constat, suum ab ipso, contri-  
tum, conterique caput pestiferum, neque unquam perire posse, qui de-  
uote, ac perseveranter illum colunt, & innocant.

Hæc venerabilis Thauleri verba, si vt patet, expendan-  
tur, minimè negandum erit, iuxta eius mentem, callidissimā  
communis nostri aduersarij artem esse Fidelibus persuadere  
in peccato originali conceptam fuisse Beatissimam Virginē  
Mariam, vt ab amore, & deuotione quam erga ipsam habere  
debent, auocet, & segreget. Cognita igitur suæ artis callidi-  
tate ad concludendas huius immanissimi hostis omnes fallē-  
di vias lapidibus quadris, semitalque eius fraudis subuertē-  
das, quis non videat convenientissimum esse, in lucem iam  
edere diffinitionem huius mirabilis mysterij Immaculatæ  
Conceptionis tantoperè exoptatam ab omnibus Christi Fi-  
delibus, præcipuè cum ad hoc maximè vrgeat doctrina, quā  
sapientes docet P. Valentia, qui agens de rebus quæ in Eccle-  
sia diffiniuntur de Fide, animaduertit, quod quando aliqua  
res est diffinienda tanquam dogma Fidei in Ecclesia, tunc  
maximè: *Habenda est ratio (inquit) quoad fieri potest consensus Fi-  
delium, quoniam, & y sanè, quatenus ex ipsis constat Ecclesia, seu Spi-  
ritu Sancto assistente diuinas reuelationes integrè, ac purè conseruāt,*  
& omnes illi quidem aberrare non possunt, sicut patet ex superius di-  
ctis. Docuerat autem ipse Valentia in loco, quem citat, pro-  
baueratque autoritate sacræ Scripturæ, Ecclesiæ Pastores,  
& Doctores cum sint in Ecclesia primarij, totam quasi conse-  
ri Ecclesiam, pro cuius maiori explicatione subdit: *Cum verò  
dico Pastores, & Doctores omnes: non autem omnes omnino intelli-  
go, sed etiam ita maiorem, & illustriorem eorum partem, vt reliqui  
pendè nulli sint (id est nullius autoritatis) se cum illis comparentur.*  
*Vnde sepe fit, vt cum aliquis, aut aliqui Doctores errant, rellè, & in-  
fallibiliter possint aliorum Doctorum consentiente autoritate refelli  
& premi.* Iuxta hanc doctrinam quam docet P. Valentia, in-  
tendit ipse, quod in rebus quæ de Fide diffiniuntur in Eccle-  
sia habeatur ratio quoad fieri possit consensus Fidelium. Vn-  
de rectè ex eadem doctrina inferitur, quod ad diffiniendum  
Beatissimam Virginem absque macula originalis peccati  
fuisse conceptam, non alius consensus Fidelium attendi de-  
bet,

To. 3. dis. 1. g.  
l. p. 7. §. 47.

§. 16 vbi de 7.  
eccl. proprie.

bet, quam ille, qui de facto datur, & nullus ignorat, siquidem  
omnes Pastores, & Doctores qui in Ecclesia sunt sumarij,  
& illustriores, viribus, & posse propugnant Immaculatam Vir-  
ginis Conceptionem, neque illis quidquam est magis in vo-  
tis, quàm distinctio huius Conceptionis mysterij: quapropter,  
& si aliqui Fideles ab hoc communissimo, gravissimoque cō-  
sensu dissidere videantur, eorum autoritas, non est com-  
paranda cum autoritate, quam habet maior, & illustrior uni-  
uersa Ecclesiæ pars, quæ potius totius, quam partis nomine  
gaudet, quare re bene expensa inferri posse videtur (nisi no-  
lter aberret animus) quod teneatur Sanctitas nostri Beatiss.  
P. Innocentij X. ad diffiniendum hoc Conceptionis Imma-  
culatæ mysterium, idque iuxta doctrinam quæ tradit per doc-  
torem Valentia citatus, inquit enim: *Si quando in re aliqua in mate-  
ria Religionis controuersa constaret Fidei hunc omnium, concordem  
esse sententiam (solet autem id constare, vel ex ipsa praxi alius  
cultus communiter apud Christianos populos recepta, vel ex scandalo  
et offensione communi, que ex opinione aliqua oritur) merito posse,  
ac debere Pontificem illa niti, ut quæ esset Ecclesiæ sententia infalli-  
bilis.* Ex quibus verbis duo constat esse necessaria (ut Summus  
Pontifex teneatur ad aliquid diffiniendum in materia Reli-  
gionis) & non coniunctim, sed distinctim, vnum, vel alterū,  
vtrumque autem verificatur in mysterio Immaculatæ Con-  
ceptionis, primum quidem, quia circa illud est praxis cuius  
recepta communiter apud Christianos populos, siquidem  
hoc mysterium Immaculatæ Conceptionis celebratur, & co-  
litur, non quomodocumque communiter, sed vniuersaliter  
in tota Catholica Ecclesia, secundum etiam in eodem myste-  
rio verificatur; nam nullum aliud visum est in Ecclesia, vltro,  
citroque inter Catholicos magis controuersum, neque ex  
quo, maiora, & deteriora scandala sint suscitata, quæ antequam  
Ecclesiæ negotium facerent: utinam cessassent, ne in dies illa  
experiremur, cum tanto fidelium animarum detrimento;  
vtrumque igitur, quod docet doctor Valentia, ubi in  
Ecclesiæ caput, ut rem aliquam diffiniat, negari nequit repe-  
riri in mysterio Immaculatæ Conceptionis beatissima Vir-  
ginis, quandoquidem ex tali diffinitione pēdet confirmatio  
pacis, amoris, & charitatis, qua se inuicem debent profecti

*Vbi supra.*



Fideles, ut sic obseruare possint præceptum, quod omnibus imposuit Christus Dominus inquitens hoc est præceptum meum, ut diligatis iuicem.

Accedit, quod ab hac etiam pendet definitio vera, & legitima interpretatio plurimorum locorum sacre Scripturæ, necnon intelligentia multorum dogmatum, que sunt regulæ Fidei, quod quidem ut indubitabile sapienter supponit Cismorana Seraphica familia, atque ita inquit; *Indubitatum est, ex huius controuersia decisione pendere veram, & rectam interpretationem plurimorum locorum sacra Scriptura, & intelligentia multorum dogmatum, que sunt regulæ fidei.* Hoc quidem negari nequit; conitat enim, quod ea loca Pauli, quibus sacrum Concilium Tridentinum probauit omnes filios Adami concipi in peccato originali, & quibus neutiquam habuit intensionem (ut ipsum Concilium fatetur) probandi, ex illis SS. Virginem fuisse in eodem originali conceptam; nihilominus tamen eminentissimus Caietanus ante hoc Concilium, & post illud M. Bartholomæus de Medina (ut probatum supra manet) contrariam intensionem habuerunt, siquidem eisdem locis Pauli probant comprehensam fuisse Beatiss. Virginem sub lege peccati originalis; quapropter eminentiss. Caietanus dixit, quod oppositum erat contrarium Fidei nostræ, quatenus saltem inclusit cum reatibus, &c. præseruationem à peccato originali, tametsi ut notatum est fatetur non esse contra fidem hanc solam præseruationem, M. autem Medina dixit: *Ex sacris litteris habetur hæc fidei regula omnes in Adâ peccasse, & mortuos fuisse in Adam.* Cum tamen constet sub hac regula fidei, non constituisse sacrum Concilium Tridentinum Beatiss. Virginem. Necessum igitur est explicare (non obstante hac regula fidei) ex speciali præuilegio fuisse præseruatam ab originali peccato SS. Deiparam, atque adeo non comprehendendam sub tali regula, quod totum pendet ab huius mysterij definitione.

Nec minus desideratur hæc definitio ad refellendas, & expugnandas falsas, & impias doctrinas Nouatorum, siquidem ex illis non fuit vitimus Sacerdos, qui (ut refert grauis & doctus P. Canisius) explicans quod (suorum vestigijs insitens) sentiebat de Beatiss. Virginis Conceptione, hæc proferebat verba:

In Armament.  
col. 200. num.  
216.

### §. III.

Lib. I de B. Vir  
gin. c. 8.

**Verba:** Nihil facit ad nostrarum animarum salutem sine Diva Virgo  
na peccato originali concepta fuerit, sine non, neque inde nostra Reli-  
gioni quidquam accedit, neque recedit. Igitur ea crassio otiosis ven-  
eribus relinquenda est. Quinquam tutius sit credere Divam Mariam  
communi omnium hominum more conceptam esse. Nam Christus ex  
peccatoribus nasci voluit, &c.

His dictis sapienter respondet, & satisfacit P. Canisius, &  
in primis ostendit quantum fructum secum afferat doctrina  
tanti mysterij, inquit enim: Habet suum sanè fructum, & salutarè  
opus. Nam refert illorum doctrina, & pietas, qui Deum in Maria Con-  
ceptione propotentem, & efficacem predicant. Atque inde principii  
aliquod Evangelicæ gratiæ sumunt, dum sanctam illam radicem, ex  
qua fructus sanctior Christus prodijt grato pectore contemplantur,  
meritisque laudibus prosequuntur. Satisfacit etiam Canisius Sar-  
cerio dicenti: Neque inde nostra Religioni quidquam accedit. (Ait  
enim): Nec parum recedit Religioni (quidquid contra fingat Sarce-  
rius) quod cum publico ritu, statisque ferijs proficitur Ecclesia, id pro-  
lenissimorum hominum arbitrio conuellit, atque in dubiam renoca-  
tur.

Sed quod urgentius persuadet, quantum interfit minimè  
tardare, sed potius accelerare definitionem huiusce mysterij  
Immaculate Conceptionis SS. Deipare, ostendit grave fun-  
damentum, quo nititur idem P. Canisius ad expugnandum,  
quod Sarcerius sentit (nimirum tutius esse credere Divam  
Mariam communi omnium hominum more conceptam suis-  
se) asserit enim, quod si in sæculis superioribus sine periculo  
poruit credit id, quod Sarcerius docuit, in nostris tamen sæ-  
culis, fas non est id concedere aduersarijs nostræ Catholicæ  
Fidei: Si ante hæc (inquit Canisius) nunquam fas fuit credere Ma-  
riam communi omnium hominum, & peccatorum more esse conceptam.  
Nunc profecto minimè liceat, ac expediat nostris hoc dare aduersa-  
rijs. Cuius rei rationem præbens ipse Canisius loquens de No-  
uatoribus, ait: Qui sub peccati originalis in vuluero tot alunt mon-  
stra, & grauissimos quidem timentur errores. Quid enim est illis Ma-  
riam communi hominum more conceptam esse, nisi quod imaginem  
Dei perdidit, libero arbitrio caruerit, naturam habuerit deprava-  
tam, tamenque natura corruptionem contraxerit, ut etiam postquàm  
per Spiritum Sanctum renouata, & sanctificata est, non Deum disc-

xerit, non legem impluerit : adeoque nihil nisi contaminatum, & peruersum, Deique odio dignum per vitam omniæ efficere poterit? Hærebat enim (vt videri voluit) natiuæ, & viuam in illius mente peccatum, & quæcumque agere videbatur immanditia, & sordibus conspurcabanur, vt nunquam pura, & omni peccato esset immunis, licet propter Christi gratiam, à reatu liberaretur, & peccata illa credenti non imputarentur. Hi igitur sunt errores, quos sub peccati originalis in volucro Beatissimæ Virgini Mariæ attribuunt hæretici Nouatores, ex eo quod sentiant; & asserant in peccato originali fuisse cõceptam. Ipsi namque existimant, & docent (dum explicant naturam peccati originalis) hos omnes esse illius effectus, quibus vestire volebant eam, quæ tali puritate nitebat, qua maior sub Deo nequit intelligi (vt dixit Anselmus) quod sapienter notauit ipse Canisius (inquit enim) Sic autem quemadmodum diximus de natura, vi, & effectibus originalis peccati sentit Sarcerius, docet AEpinus, scribit Chemnitius, tradunt Centuriatores, multo que ineptius garrat illiricus Princeps Centuriatorum.

Ex his omnibus efficaciter suaderi videtur minimè diffidendum, prorogandamque diù esse definitionem mysterij Immaculatæ Conceptionis, sed quamprimum executioni mandandam, vt destructo fundamento, quo nititur Nouatores, ruat, soloque adæquetur ædificium suorum errorum; quod quidè, vt absque prorogatione fiat, vtgenter persuadet esse iam hoc mysterium in statu proximo ad sui definitionem: nam vt sapienter probat P. Salazar ad hoc, quod aliquod dogma sit proximè diffinibile, tantum requiritur cognitio, & deprehensio alicuius veditij infallibilis, ex quo certo conitet illud esse reuelatum à Deo, sed eius modi est sensus communis Ecclesiæ: ergò piz sententia nihil deest, vt proximè definitionem excipiat. Propositio maior non indiget probatione, cum vt certa supponatur: consequentia legitima est; minor probata manet in paragraphis præcedentibus, ex quibus constat neutiquam posse defini opinionem Thomisticam, sed solummodo sententiam piam, quippe quæ est consona fidei, nititurq; principijs eius infallibilibus, vt id ipsius esse, Ecclesiam errare non posse in cultu festorû, quæ vniuersaliter celebrat, nec in approbatione Religionum, quibus minimè obstat, quod

Pius.

Pius V. facultatem concessit sequendi quod magis probabile, piane unicuique visum fuerit.

Quod quidem ipsum amplius confirmatur ex solutione, quam præbet Illustris. Episcopus Catharinus obiectioni, quam sibi proposuit pro parte tenentium Thomisticam opinionem; sic enim inquit: *sed aiunt quidam, non sumus hæretici, si non sequimur in hoc sensum Ecclesie, can:um est enim, ut quis nos hæresis nomine damnet, si aliter sapiamus, quàm illi receperit* (ad quod Catharinus respondit: *Non nego, sed illa, ut pia, & suavissima mater non convenit repente vinculis præceptorum filios adstringere, ne forte ad contumaciam, & rebellionem provocaret. Sic enim (ut Augustinus eleganter dixit) multitudinibus per schismata, & hæreses per euntibus, plerumque subvenire solet. Piorum autem filiorum, non est in omnibus spectare præceptum, & interim eius indulgentia, & benignitate abuti, idque ad elationis suæ malum convertere, quod ipsa tolerat propter pacis bonum. Non est igitur abutendum nobis facultate libera, quam Sanctitas Pij V. concessit, eoquod non astringat nos præceptis ad amplectendum mysterium, quod Ecclesia colit, & celebrat. Cur enim non sufficiet tot gratijs, & indulgentijs nos addacere? Cur potissimum ad id ipsum non nos trahat amor, feruensque devotio SS. Virginis, cum trahat sua que mque voluptas?*

Apud Arma  
col. 374.

### §. VIII.

*Expenditur, verum ad definitionem Immaculate Conceptionis Sanctissimæ Virginis exigatur Concilium generale, vel sine illo queat Summus Pontifex illam definire.*

**N**ON defuerit aliqui Authores, qui existimaverint nullo pacto posse absque generali Concilio definiri ab Ecclesie Capite præservatam fuisse à peccato originali Beatis. Virginem in primo instanti suæ Conceptionis, in quo anima eius suo corpori fuit unita; ita notavit doctus P. Salazar, qui recte sentit illos profus deerravisse, quare inquit: *Nonnulli non hanc rem estimatores profus deerravissent, asserentes tantam, & tan gravem controuersiam ad proximum Concilium differendam, aut pro illa decidendam. Synodum vniuersalem quam*

Vbi sup. c. 43.  
ad fin.

*Lib. 4. de Rom.  
Pont. 6. 2.*

*primum cogi, & evocari oportere. Si autem consulamus Eminentiſſiſſiſ. Bellarmin. docebit nos vias veritatis; et enim inquirens, ſi illud quod Summus Pontifex definit, ſit certum, & infallibile, omiſſa prima opinione hæreticorum, in ſecunda, quam refert (tameſi eius Authores ſint Catholici, & eorum aliqui Pariſienſes) nihilominus tamen inquit, quod docent. Pontificem, etiam ꝛ Pontificem poſſe docere hæreſim, ſi abſque generali Concilio diffiniat. Sed quantum à veritate abeſſent Doctores huius opinionis, ſapienter docet ipſe Bellarminus, de illa enim loquens, inquit; Non eſt proprie hæretica, nam adhuc videmus ab Eccleſia tolerari, qui illam ſententiam ſequuntur; tamen videtur omnino erronea, & hæreſi proxima. Tertia verò opinio, quam idem Bellarminus refert, ſecundæ relata ex diametro oppoſita eſt. Docet eam: Pontificem non poſſe vlllo modo docere publice hæreſim, etiam ſe ſolus rom aliquam diffiniat. Quarta autem opinio inquit idem Princeps: Eſt quodammodo in medio; quia nempe docet Pontificem non poſſe vlllo modo diffinire aliquid hæreticum à ſola Eccleſia videntium. Additque: Hac eſt communiffima opinio ferè omnium Catholicorum. Cum autem inter Doctores tertiz, & quartæ opinionis aliqua videatur eſſe diſſentio, alij namque docent non poſſe errare Summum Pontificem, dummodo in re quam diffinit: Mature procedat, & conſilium audiat aliorum paſtorum. Alij verò aſſerunt non erraturum, tameſi ſolum ſem diffiniat. Ideo eminentiſſiſ. Bellarmin. utriuſque opinionis Doctores concilians, inquit: Sed re vera non diſſident inter ſe, nam poſteriores non volunt negare quin teneatur Pontifex mature procedere, & conſulere viros doctos, ſed ſolum dicere volunt ipſam infallibilitatem non eſſe in actu conciliariorum, vel in Concilio Episcoporum, ſed in ſolo Pontifice, ſicut contrario priores non volunt ponere infallibilitatem in conſultariis, ſed in ipſo Pontifice, verum explicare volunt Pontificem debere fatere quod in ſe eſt conſultando viros doctos, & peritos rei, de qua agitur.*

*Cum tamen dubitari queat, utrum Summus Pontifex erraret calu, quo abſque eo quod conſulere et viros doctos, & peritos, diffiniret aliquid inter Doctores controuerſum; ad hoc dubium ſoluendum inquit Bellarminus: Sine dubio prædicti Authores omnes reſponderent nõ poſſe fieri, ut Pontifex temerè diffiniat. Qui cultus promiſit finem ſine dubio promiſit & media, qua ad eum  
faciunt*

finem obtinendum necessaria sunt. Parum autem prodesset Pontificem non erraturum, quando non temere definit, nisi etiam sciremus non permissuram Deum providentiam, et illo temere definitis.

Hoc ipsum faciunt doctissimi Magistri perillustri Dominica familia, Canos, Bañes, quos refert, & sequitur venerabilis P. Granada, qui sapienter dubitat, utrum sit vera hæc conditionalis propositio: Si Pontifex aliquid definiret absque debito examine posset errare. Ad quod debium respondet. Ego sane eam absolute non concederem, sed cum hypothesis sit impossibilis, dicerem ex illa inferri utrumque contradictorium, scilicet posse errare, & non posse errare, sicut enim si quis roget, an si homo esset equus, esset irrationalis, respondendum foret utrumque inferri ex illa hypothesis impossibili, scilicet esse irrationalem, quia id est contra naturam hominis, ita in proposito, si Pontifex per impossibile diffiniret non adhibita diligentia errare posset, quia immature definit, & non posset, quia illi Deus semper assistit.

Nec disidet in hoc casu P. Suarez, siquidem cum sibi hanc proposuit objectionem: Quidquid Pontifex definiret, etiam si temere, & sine debito Concilio id faceret, esset de Fide credendum, quod durissimum est. Et huic objectioni satisfaciat P. Suarez, primo dicit, quod in ea Postulatur, quam diligentiam debet Pontifex adhibere ad definiendum, quando Concilium generale non congruat. Ad quod brevis (inquit) respondeo aliquam sine dubio esse necessariam, quia Deus non vult, ut homines temere iudicant, vel gubernent. Quamta vero futura sit, nullo iure saltem Divino definitum est, sed prudentie ipsius Pontificis relinquitur. Subdit etiam Suarez, quod magis spectat ad rem nostram, ait enim: Solet autem queri, quid sit futurum si Pontifex sine premissa diligentia definiat. Aliqui dicunt posse tunc Pontificem errare, & Ecclesiam posse tunc non assentire, sed hoc periculosum est, quia Ecclesia non poterit constare, an Pontifex adhiberit sufficientem diligentiam, necne, vel relinquitur singulorum arbitrio, ut iudicent, an diligentia sufficiens fuerit. Et idem melius, ut existimo respondetur, non admittendum est: nam Spiritus Sanctus, qui regit Ecclesiam, non permittet Pontificem tam imprudenter definire, & ideo quoties absolute definit credendum est sufficientem diligentiam premississe.

Hæc quæ dicta sunt efficaciter suadent minimè necessarium esse, ut Beatissimus noster Pontifex Concilium generale evo-

In 2. 2. controver. de fid. et ca. ent. 7. disp. 2. scilicet. 2. n. 13.

Tract. 1. de fid. disp. 5. scilicet. 8. n. 3. & 11.

cet, congregat que definiturus mysterium Immaculatz Con-  
 ceptionis Ss. Deiparę, nam si ob aliquam rationem hoc ne-  
 cessarium foret maxime, vt non temerę, sed maturę, pruden-  
 terque procederet adhibita debita diligentia, sed ad hoc nõ  
 requiritur Concilium generale, vt in illo casu hic examine-  
 tur, ergo ab ipso Concilio generali, potest sua Sanctitas ma-  
 turę, & prudenter diffinire Immaculatz Conceptionis mys-  
 teriũ, sola propositio minor (quando cętera patent) videtur  
 indigere probatione, quę sanę nullos viros doctos fugere po-  
 reit, nam quod sæpę factum, & repetitum est, iterum, atque  
 iterum repeti, nihil aliud, quam actum agere est. Quod autę  
 fuit na diligentia res hæc examinata, expensaque sit, sapien-  
 ter notauit v. Salazar, nam in Concilio Basiliensi controuer-  
 sia hæc Conceptionis Immaculatz Beatiss. Virginis ab om-  
 nibus Patribus, qui in illo Concilio, interfuere, exactissimę  
 tractata, ventilata, expensaque fuit. *Quia id exaratis* (inquit  
 doctus Salazar) *olim in Concilio Basiliensi re ipsa factum, & pro*  
*Virgine indicatum fuit. Nec præteruit silentio, quod obijci po-*  
*terat illi, licet neque solutionem, siquidem ait: Quamuis enim*  
*sejso illa, in qua hoc iudicium prolatum est, legitima non fuerit, tamę*  
*Patris illi sententiam istam, cõ deductam consueverunt, vt de illius defi-*  
*nitioe, ac declaratione, iam tum agi posset. Nec parum roborat*  
*tenet, quod subdit idem Salazar, inquit enim: Hanc autem pro-*  
*bationem efficacem valde reddit id, quod scribit Gabriel, scilicet, Le-*  
*gatos Summi Pontificis, qui illi Synodo præfuerunt, inter alia, de qui-*  
*buz à Sanctissimo Patre instructi, & formati fuerant, id quoque acce-*  
*pijse in mandatis, vt pro sedandis Ecclesia turbis, quę tunc etiam Ec-*  
*clesiam infestabant: controuersia hæc (si fieri posset) Patrum suffra-*  
*gus terminaretur. Unde recte colligit ipse Salazar non aliam*  
 fuisse rationem, quare Summus Pontifex suis litteris non cor-  
 ripuerit (inter alia) decretum factum pro Immaculata Virgi-  
 nis Conceptione, nisi quia circa declarationem eiusmodi contro-  
 uersię, ab ipso Summo Pontifice fuerant instructi. Nihilomi-  
 nus tamen decretum factum pro Immaculata Virginis Con-  
 ceptione euanuit propter circumstantiam schismatis.

Hoc fundamento, & alijs nituntur graues, doctique Theo-  
 logi, vt minime respuant authoritatem, quam saltem in hac  
 parte habent Patres Concilij Basiliensis: quapropter agens de

Vbi supr.

In 3. dist. 3.

In Argument.  
col. 421.

de illo Seraphica Cismontana Familia, inquit; *Synodus Basiliēsis decretum ad idis de Conceptione Virginis Maria, illegitima quiddē erat, & à Cephalo, non tamen hoc merito respucnda: primo, quia non debet respui auctoritas grauissima tot virorum dignitate, & eruditione insignium opinionem piam approbantium, praesertim cum ante discessum legatorum Sedis Apostolicae de hac re tractari captum sit, quod nemo negat, ex ipso Turrecrmas libro perspicuum est. Hinc colligitur examen illud tam exactum pro decisione mysterij Immaculatæ Conceptionis, non alia ratione quam ex instructione Summi Pontificis fuisse factum: quandoquidem ante discessionē Legatorum Sedis Apostolicæ res ventilata fuit.*

Neque horum omnium Patrum, qui in Concilio Basiliensi interfuerunt, auctoritatem respuit eminentis. Bellarminus siquidem illa vsus est ad probandam Immaculatam SS. Dei-  
paræ Conceptionem: quapropter cum huius mysterij veritatem persuasisset ex communi consensu Ecclesiæ in sequenti inquit: *Deinde Concilium Basiliense, in quo decretum est hanc sententiam, vt probabilio rem esse tenendam, tametsi certam fidem non faciat, vt Concilium Aecumenicum: tamen ex eo facile potest intelligi, multos Ecclesia Doctores ex varijs Prouincijs congregatos ita sensisse. Pater etiam Suarez confirmans veritatem eiusdem Immaculatæ Conceptionis, subdit. Quintò fauet decretum Basiliensis Concilij, vbi non simpliciter definit hoc de Fide, sed esse pium, consonum Fidei & Scripturæ; vetatque docere contrarium: & licet illud Concilium non sit legitimum, vt constat ex actis eius, & ex Concilio Lateranensi sub Leone X. non propter hæresim, sed propter schisma: quia sub obedientia Papæ non processit. In his tamen, quæ ad Pontificem non spectant, magnam habet auctoritatem, & saltem magnum circa hanc veritatem Ecclesiarum Episcoporum consensum ostendit.*

Lib. 4. de anif.  
grat. c. 15.

Tom. 2. in 3. p.  
disp. 3. s. Et. 5.  
§. 3. Augerav.

Ex hoc adest grauium, & sapientium Doctõrum consensu circa auctoritatem Concilij Basiliensis saltem in hac parte, quæ spectat ad mysterij Immaculatæ Conceptionis probationem, rectè colligitur, quare Illustris. Episcopus Ambrosius Catharinus grauius sensit de modestia Eminentissimæ Caietani, eo quod adeo liberè locutus fuerit contra tot Patres Concilij Basiliensis, vt eorum auctoritatem enervaret, & consequenter vires, quas habet veritas Immaculatae Conceptionis Beatis. Virginis; quapropter inquit Catharinus: *Basiliense*



Apud Arman.  
cel. 421.

leense Concilium, quod idem quoque determinavit Synagoga Sita-  
na vocat, cum tamen Concilium illud, multa Catholica Ecclesia, ipsa  
etiam Romana tacente, & consentiente (hæc saltem parte) suscipiant,  
& veneratione. Et hic vnus homo tantum verbum contra pronuncia-  
re iam aduerser non dubitat, quod nunquam Romani Pontifices ausi  
sunt, quos tamen eam videri emittere si conuenisset, potius pertinere-  
bat. Quia ipsemet Eugenius Quartus aduersus quem nonnulla in eo  
Concilio tractata, & acta sunt, illud Concilium se venerabiliter susci-  
pere, & eius acta professus est. Similiter Nicolaus Quintus proprijs  
decretis, & confirmatione, eius Concilij acta comprobavit. Quanquam  
non omnia, id est ea, quæ contra Romanum Pontificem gesta sunt, qui-  
bus ipsi sunt aduersati: & nunc huius questionis gratia tantum (quam  
tamen yficiunt questionem, nisi enim illi se opponerent, iam decisa  
esset, nec esset questio) audimus priuata sententia talem Synodam Sy-  
nagogam satanae pronuntari. Quanto modestius si dixisset non se as-  
tringi huius Concilij auctoritate, quam appellando Synagogam satana-  
e, eos quorum nomen tandem condamnauit Ecclesia, sed pro Catho-  
licis semper habuit.

Ad rem nostram igitur reuertamus, vt perspicuum sit,  
quam diligens, & exactum examen in Concilio Basiliensi fa-  
ctum fuit ad decernendum, quod tantopere fuit mysterio  
Immaculatae Conceptionis, quod quidem aperte constat ex  
verbo illius Sessionis, in qua prædictum examen factum fuit  
quæ sic se habent. Hæc tenens verò difficilis questio in diuersis parti-  
bus, & coram hac sancta Synodo super Conceptione ipsius gloriosæ vir-  
ginis Mariæ Matris Dei, & eorundem sanctificationis eius facta est,  
&c. Nos verò diligenter in speclis auctoritatibus, & rationibus, qua-  
rum à pluribus annis in publicis relationibus ex parte vtriusque do-  
ctrinae coram hac sancta Synodo allegatæ sunt, atque etiam pluri-  
mis super hac re visis, & maxima consideratione pensatis, doctrinam  
illam differentem gloriosam Virginem Mariam præueniente, & ope-  
rate Divini numinis gratia singulari nunquam illuciter subiectam  
origini peccato, sed immunem semper fuisse ab omni origine, &  
actu à culpa, sanctam quoque, & immaculatam, tamquam piam, & conso-  
nim cultui Ecclesiastico, videri Catholica, rectè rationi, & sacra scrip-  
turae ab omnibus Catholicis approbandam fore tenendam, & ample-  
ctendam diffinimus, & declaramus, nulli qui de cetero licitum esse in  
contrarium prædicare, seu docere.

Ex his igitur verbis Concilij Basiliensis manifestè constat quanta diligentia, dataque opera, & ex professo controuersia hæc examinata, & expèsa fuit, & tamen nihil obitare visum fuit, quin res decerneretur in fauorem Immaculatae Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ; accedit, quod in Concilio Lateranensi (in quo interfuit Eminentissimus Caietanus, qui totus nixus suo tractatu contra Immaculatam Virginis Conceptionem, in quo adeo insudauit, & elaborauit, sperans suam sententiam definendam esse à Ss. P. Leone X.) sine dubio credendum est, quod in illo Concilio Lateranensi iterum examinata, & ventilata fuit eadem controuersia, ad illud urgebat Eminentiss. Caietano, sed iam supra visum est, ipsam oleum, & operam perdidisse: siquidem idem Ss. Pater Leo X. plures expedituit Bullas in fauorem Immaculate Conceptionis Beatiss. Virginis, nec minus prius examinata, expensa que eadem questio fuit tempore Pontificatus Sacerdotis Sixti IV. nam ut constat ex ijs, que in superioribus dicta manent, euocatis, ac congregatis uiris doctissimis tam regularibus, quam secularibus; qui partes egerunt Conceptionis Immaculatae Ss. Virginis (superatis difficultatibus, victis inconuenientibus, dilatis obiectionibus, solutis argumentis) victores euaserunt; sed inter omnes insignem se fecit, palma que tam illustri triumpho obtinuit R. P. Insubee Seraphicæ Familiæ filius: ideoque nomen Samsonis ab ipso Pontifice impositum in lycè adeptus est. Vnde ortum habuit expeditio extrauagantis cum præexcessa, ut etiam supra relatum est.

Denique huic examini ultimam manum imposuit sacrum Concilium Tridentinum, & quod ex illo ortum fuit, liquidò constat ex uerbis ipsius Concilij, nam cum ex professo egisset de originali peccato, & eius ab Adamo ad posteros transfusione generali, hæc subdit uerba: *Declarat tamen hac ipse S. Synodus non esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam Dei Coniugem, sed obseruandas esse constitutiones salutaris recordationis Sixti Papa Quarti, &c.* Vix inuenitur uerbum in hac clausula, quod animaduersione non sit dignum. Primum est, *declarat*, & merito quidem; ne in decreto comprehendente

§. I.

§. II.

Ibidem;

scs 51

omnes Adami filios sub originali peccato, tanquam in scōpu-  
lo quispiam offenderet, existimans Beatiss. Virginem, vt po-  
tē filiam eiusdem Protōparentis sub ipso decreto, peccato-  
que comprehendij, ideo declarat sacrum Concilium hanc se  
intentionem minimē habere, nec minus expendendum vide-  
tur, quod Virginem, *Beata, & Immaculatam*, Concilium ap-  
peller, quoniam infelicitatem filiorum Adami explicuit, quip-  
pē qui macula sui peccati infecti concipiuntur. At Virgo san-  
ctissima, vt potē quæ fuit cōcepta, non infecta originalis pec-  
cati macula, sed Diuina gratia præseruata, ac mi. Spiritus  
Sancti donis condecorata, iure optimo á sacro Concilio Bea-  
ta, & Immaculata nuncupatur. *Dei Genitricem*, in super sacrum  
Concilium nominauit, vt ostenderet idcirco illi concessam  
fuisse hanc singularem gratiam, hoc vnicum sibi indultum  
priuilegium, quia á Deo electa fuit in Matrem. Ecce quid pe-  
perit vltimum examen, in omnibus, quæ hucusque facta sunt  
semper feliciter produxit in lucem hæc Immaculatæ Concep-  
tionis Beatissimæ Virginis veritas; ad quid ergo nouum exa-  
men, quod maius fundamentum poterit esse, quam quod sitū  
est in hoc, quod Ecclesia celebrat, & colit tot ab hinc annis  
hoc mysterium Immaculatæ Conceptionis? Quandoquidem  
vt probatum est in tali celebritate, & cultu Ecclesia errare  
non potest: nihil igitur excogitari potest, quod rarius sit, vt  
sine periculo possit veritas huius mysterij diffiniri, cum nec  
maturius, nec prudentius examen, quam quod factum est fie-  
ri queat.

Cuncta quæ allata, & expensa sunt, efficaciter persuadent  
minimē necessarium esse, quod Summus Pontifex Conciliū ge-  
nerale euocet, congregetque ad definitionem Immaculatæ  
Conceptionis SS. Virginis, nam finis euocandi Concilium  
ad hanc definitionem nequit esse alius, quam examinare rem  
eo modo, quo oportet, vt maturē, & prudenter Summus Pō-  
tifex procedat in eius definitione, sed vt probatum est, exa-  
ctissimē hæc controversia examinata, & ventilata est, semper  
que eius resolutio cecidit in fauorem, honorem, & gloriam  
huius Immaculatæ Conceptionis, non ergo requiritur talis  
euocatio, & congregatio Concilij, non solum generalis, sed  
nec particularis, in quo consulantur viri docti, & periti in hæc

materia, quando quidem omnes vna voce clament, avidissime postulantés tanti mysterij definitionem. Nec potest obviare, quod aliqui pauci Fideles obstricti stacuris sue familiaris oppositum sentiant; primò quia vt rectè docuit, P. Valentia, non est comparanda auctoritas paucorum cum ferè omnibus, presertim primarijs, & illustrioribus, qui literis, & sanctitate in Ecclesia splendens; secundo, quia si vt sapienter docuit Eminentiss. Bellarminus in Concilio generali (non vt Præsidentis) sed vt summus Princeps, & Caput Ecclesie potest amplecti, & definire, vt dogma Fidei, illud, cuius veritatem minor pars Patrum Concilij docuerunt, relicta maiori parte eorum, qui oppositum censuerunt; quare igitur securissimè, & sine periculo errandi, non poterit à fortiori amplecti, & definire Summus Ecclesie Princeps, vt dogma Fidei, quod (paucis exceptis) tota Ecclesia sentit, & cum suo Capite colit, & celebrat. Tunc maximè quando ex doctrina sapienter tradita à P. Valentia, ob pacem Fidelium, ob vitanda scandala, quæ indies suscitantur inter illos, teneri videatur Summus Pontifex ad definiendum hoc Beatissima Virginis, Immaculatae Conceptionis mysterium.

§. VII.

§. VII.

§. IX.

*Inquiri, an ad definitionem huius mysterij Immaculate Conceptionis exigatur locus literalis sacrae Scripturae, quo significetur, & quis ille sit.*

**I**LLVSTRISSIMVS Episcopus Canariensis Melchior Canus, splendor suae Dominicanae Familiae, ideò exhibuit non posse definire de Fide mysterium Immaculatae Conceptionis SS. Virginis, quia in sacra Scriptura nullus invenitur locus literalis, quo probari queat veritas eius: *Quod enim (inquit) ea controuersa non sit ex earum numero, quae Catholicam Fidem, aut promouere, aut immouere possint, vel ex eo prorsum est, quod Beatam Virginem à peccato origina. li suo se penitus liberam è libris sacris iuxta germen litterae sensum nusquam habetur.* Idem prorsus videtur sentire (Eminentiss. Caietani vestigijs insistent) M. Bartholomaeus de Medina filius eiusdem sa-

*ib. 7. de locis  
Theol. c. 3. con-  
cl. 4.*

milia: Et enim (ait) non posse Ecclesiam diffinire quod Beata Virgo fuerit à peccato præservata cum de hac re nulla sit Scriptura authentica.

Nihilominus tamen, quã infirmũ sit hoc niti fundamẽto, vt ex eo viri alioqui doctissimi possint probare mysteriũ immaculatæ Conceptionis diffiniri non posse, efficaciter suadetur ex doctrina, quã docet Angelicus Doctor S. Thomas, siquidem examinans, vtrum Beatiss. Virgo entequam nasceretur, intra viscera materna fuerit sanctificata: nec ne? Soluit dubium asserendo fuisse ante eius Natiuitatem, intra viscera materna sanctificatam. Fundamentum eius est, quia Ecclesia celebrat foelicem natalem SS. Virginis, ac proinde non posse non esse sanctam, quia alicũt illũ non celebraret Ecclesia. Nõ autem (inquit) celebratur solum in Ecclesia, nisi pro aliquo sancto, ergo Beata Virgo in ipsa sua Natiuitate fuit sancta: fuit ergo in vtero sanctificata. Quo cũ optime cohæret non inueniri in sacra Scriptura locum, quo literaliter probari queat Beatam Virginem esse sanctificatam in vtero materno, neque qui sua Natiuitatis mentionẽ faciãt, ita fateatur ipse Angelicus Doctor. Respondeo dicendum, quod de sanctificatione Beate Mariæ, quod scilicet: fuerit sanctificata in vtero, nihil in Scriptura Canonica traditur; quæ etiam, nec de eius Natiuitate mentionem facit. Et tamen nemo dubitat quod hæc veritas possit diffiniri in Ecclesia, tamen si nullus sit locus literalis sacre Scripturæ, quo probari queat; immò absque tali loco, & definitione, de fide est hæc doctrina Angelici Doctoris, & contraria erronea, vel saltem proxima errori, quod expresse asserit idem met. M. Medina, exponens enim hunc S. Thomæ articulum dixit: Conclusio huius articuli est adeo consona fidei, vt eam negare sit temerarium, & errori proximum. At Rius damnauit hanc doctrinam oppositã P. Vazquez inquit enim. Non solum temeritas, sed erroris etiam meritò insimulãdam qui Beatam Virginem in peccato natam fuisse diceret: Idẽ sentiunt in Doctores, Medina, & Vazquez (commentando hunc articulum S. Thomæ, & cum illo sequentes Augustinum) de mysterio Gloriosæ Assumptionis B. Mariæ in Corpore, & Anima in Cælum, etiam si Scriptura sacra id minime doceat, vt fateatur etiam Angelicus Doctor. Quod tamen (inquit) Scriptura non tradit. Vnde constat (vt aliqua veritas possit diffiniri

de

de Fide, vel sine diffinitione, vt talis habeatur) non esse necessarium, quod probetur aliquo loco literali sacrae Scripturae, cum sufficiat, quod mysterium quod claudit illam veritatem ab Ecclesia celebretur, vt propositio, opposita illi, vel sit erronea, vel saltem proxima errori: quapropter sapienter docet Suarez, quod haec mysteria, quae celebrat, & colit Ecclesia absque controuersia, aliasque veritates nullus Theologus est qui neget posse ab Ecclesia de Fide diffiniri, dammando vt haereticam doctrinam oppositam, etiam si in sacra Scriptura non sit locus literalis, quo eiusmodi mysteria, veritatesque probentur, vnde recte probat etiam ipsemet P. Suarez, quod etiam si non inueniatur locus in Scriptura, quo literaliter probetur mysterium Immaculatae Conceptionis, posse vtique diffiniri ab Ecclesia. *Quia sepi (inquit) Ecclesia sua auctoritate, assistente sibi Spiritu Sancto similes controuersas diffinit absque noua reuelatione expressa, vt potest, manifestis exemplis ostendi in questione de habitibus infusis, de Canonica auctoritate aliquorum librorum sacrae Scripturae, de carentia peccati venialis in ipsamet Virgine, addi etiam potest exemplum de Resurrectione eius, de gloriose Assumptione, & de sanctitate Natiuitatis eius. Ex his enim aliqua iam sunt de Fide, alia vero sunt Fidei proxima, & nullus dubitat, quin tandem possint diffiniri.*

Tom. 2. in 1. p.  
disp. 3. sect. 6.

Ex his ergo liquido constat valde infirmum esse fundamentum Cui, & Medina: siquidem negant posse diffiniri mysterium Immaculatae Conceptionis, eo quod nullus sit locus literalis in sacra Scriptura, quo probari possit, cum tot exemplis manifestam fiat, hoc minimè esse necessarium. Et ad hominem, potest convinci ipse M. Medina: siquidem exponens articulum S. Thomae, vbi probat Angelicus Doctor Beatissimam Virginem nullum, per omne suae vitae tempus, commisisse peccatum actuale, siue lethale, siue veniale; explicans igitur hanc veram, & Catholicam S. Thomae doctrinam M. Medina, inquit: *Error est manifestus contra Fidem offerere, quod B. Maria habuit aliquod peccatum actuale, nam in Concilio Tridentino diffinitur est haec conclusio. Ecce M. Medina sentit definitum esse in Concilio Tridentino B. Virginem praeseruatam fuisse ab omni peccato actuale, mortali, & veniali; tamen grauisissimi Ecclesiae Patres oppositum censuerint, saltem quoad peccatum veniale.*

Vbi sup. art. 4.

sess. 3. can. 23

le. Nihilominus tamen definitum est post illos Patres oppositum suę opinionioni, etiam si nullus sit locus in sacra Scriptura literalis, quo probetur hæc veritas definita à Tridentino: nã loca, quæ affert in confirmationem illius Angelicus Doctor ex sacra Scriptura non sunt literalia, vt sapienter notauit Eminentiss. Caietanus in commento eiusdem articuli S. Thomę, in quo inquit: *Secundo probatur auctoritate sacra Scriptura accommodatè, vt potè ex sacra Scriptura auctoritatibus communibus applicatis ad propria B. Virginis procedentes, quando ex proprijs ad propria desunt.*

Si igitur sufficit vti accommodatè locis sacra Scriptura, & alijs rationibus, quas affert idem S. Thomas, tametsi nullus sit locus literalis sacra Scriptura, quo probetur veritas quę definienda est; cur ergò id ipsum etiam non sufficiat ad, definiendam de Fide veritatem, quam claudit mysterium immaculatę Conceptionis? Quandoquidem eademmet loca, eadẽque rationes, quibus vtitur Angelicus Doctor probaturus B. Virginem præseruatam fuisse ab omni peccato actuali, etiam veniali, fortius, & efficacius probant, persuadentq; præseruatam etiam fuisse à macula peccati originalis; quod quidem velut argumentum ad hominem negare non potuit ipse M. Medina, si quidem illud sibi obiecit, dum ait: *Sed dices istæ rationes multo melius probant de peccato originali, quod re vera peccatum est. Sed vt hoc dilucidius appareat nostra interst ada mussum explanare locum sacra Scriptura, quo Angelicus Doctor probat B. Virginem nullum commisisse peccatum actuale, etiam veniale; sic enim inquit: Ideò simpliciter fatendum est, quod B. Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale, vt sic in ea impleteretur quod dicitur Cantic. 4. *Tota pulchra es amicus meo, & macula non est in te.* Quod autem hic locus in toto literalis rigore intelligi debeat de Beatiss. Virgine Maria, quatenus præseruata fuit in primo instanti suę Conceptionis à macula peccati originalis, probandum*

*Vbi supra.*

nobis est per subsequentes para-

graphos.

(††)

**Probatur efficaciter hoc loco Canticorum: TOTA PULCRA ES  
AMICA MEA, ET MACULA NON EST IN TE,**

*iuxta Germanum literę sensum ostendi à peccato ori-*

*ginali preservatam fuisse Santtissimam*

**VIRGINEM.**

**Q**UOD hic locus Canticorum, iuxta literalem sen-  
sum contineat veritatem, quam claudit Imma-  
culata Conceptionis mytterium, ex parte funda-  
mentum nobis (ad id probandum) offert, illustris P. Nicolaus  
Lyranus, dum inquit: *Expositores Catholici dicunt, quod iste liber*  
(scilicet Canticorum) *loquitur de amore Christi, & Ecclesię.* Sed  
tametsi ipse Lyranus nomine Ecclesię, non solum id, etingat  
Synagogam (Ecclesiam nempe veteris Testamenti) sed etiã  
Christianam Ecclesiam (nimirum) novi Testamenti: nilo-  
minus tamen fatetur, quod negare nequitur, utramque, scilicet,  
tam veteris, quam novi Testamenti, quoad essentiam vni-  
eam, & eandem esse; quod etiam sapientes notavit En in cen-  
tiss. Bellarminus; licet enim: *Verus, & nova Ecclesia nomine*  
*differant, eãdem tamen gaudent essentia: Tametsi* inquit) *ca-*  
*dem sit Ecclesia veteris Testamenti, & novi quoad essentiam.* Cuius  
vnitatis rationem præbet Angelicus Doctor, dum explicat  
discrimen, quod intercedit inter humanum, & mysticum Ec-  
clesię corpus: *Quod membra* (inquit) *corporis naturalis sunt om-*  
*nia simul, membra autem corporis mystici non sunt omnia simul, quia*  
*corpus Ecclesię constituitur ex hominibus, qui fuerunt a principio*  
*mundi vsque ad finem ipsius.* Ecce Angelicus Doctor quoad es-  
sentiam vnum solum constituit mysticum corpus ex veteri &  
nova Ecclesia, ex ea quę incepit a principio mundi, & ceterã  
gelica, quę permanebit vsque ad ipsius mundi finem, cuius  
Caput non est aliud quam Christus Dominus, sic docet idem  
Diuus Thomas, ait enim: *Sic ergò dicendum est, quod accipiendo*  
*generaliter, secundum tempus mundi Christus est Caput omnium ho-*  
*minum.* Respondens autem ad tertium argumentum, inquit:  
*Antiqui Patres, secundum legalia sacramenta, seruebant in Chris-*  
*tus per Fidem, & dilectionem eandem, qua & nos in ipsam serui-*

*In postil. c. 1.*

*Lib. 2. de Eccl.  
Mil. c. 1.*

*3. p. q. 8. ar. 3.*



*Quia Patres antiqui pertinebant ad idem corpus Ecclesia, ad quod nos pertinemus.*

In huius rei veritate nixus Lyranus docet, quod vtraque Ecclesia, vetus (ni. iuram) & noua ipsa est sponsa, de qua agitur in hoc Cantico ruma libro, vnde inquit, quod in sensu literali loquitur Coelestis Sponsus aliàs cum veteri, aliàs cum noua Ecclesia. Hinc est, quod aliqua quæ dicuntur in hoc Canticorum libro, solummodò conueniunt, & verificantur in vna Ecclesia, quæ neutiquam conuenire, vel verificari in altera possunt; quid autem mirum? Quandoquidem in hoc eodem Canticorum libro aliqua loca sunt, quæ nullatenus quadrare possunt toti Ecclesie noui testamenti, nec etiam toti Synagoga veteris testamenti, huius generis est locus propositus: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Cuius ratio est, quia negari nequit, quod semper in vna, & altera Ecclesia admittantur iusti, & peccatores; ideoque nulli earum vniuersim potest conuenire, quod macula non habeat peccati, siquidè peccatores eiusmodi maculam habent. Quapropter sacre scripturae interpres animadvertunt in hoc loco committi figuram, quæ appellatur Synecdoche, non quidem quatenus pars pro toto poni solet, sed è conuerso, vt totum pro parte ponitur sic hac figura, vsus est Poeta, quum dixit.

*Æncid. 6*

*Quam multa glomerantur auca, vbi frigidus annus.*

Posuit enim totum annum pro Hyeme parte eius. Quam igitur debeat esse hæc pars Ecclesie, cui conueniat, quadretque hic locus: *Tota pulchra es, &c.* Iuxta Germanum lit. cræ sensum, vt sic de illa dici possit, quod sit tota pulchra absque omni genere maculae, siue actualis, siue originalis, alia nequit esse (quæ sit pars Ecclesie, siue veteris, siue nouæ, & non Caput eius (vt est Christus Dominus) quam Beatiss. Virgo Maria, quandoquidem præter illam, de Fide est, quod omnes Adami filij contrahunt in sua Conceptione maculã origoalibus peccati, nec minus de Fide est, quod nullus eiusdem Adaminius (tametsi sanctissimus, & perfectissimus) absque specialitè privilegio per omne suæ vitæ tempus, tanta possit viget puritate, vt maculam saltem non contrahat peccati venialis; veterque articulus de Fide definitus est à sacro Concilio Tridentino, & circa primam iam dictum est non habuisse in-

*Vid. Sum. in 1.  
2. dist. 9. de pec.  
orig. scilicet. l. m. 3.  
Gran. ibi, tract.  
8. dist. 2.*

tionem comprehendendi in suo decreto de peccato originali Beatis. Virginem; circa secundum vero, eam ipsam ex speciali privilegio, à culpa etiam veniali preservatam fuisse idem Concilium affirmat Ecclesiam sic tenet: *Quomodo enim* (inquit) *de B. Virgine tenet Ecclesia.*

*Sess. 6. Can. 23*

Hæc gravissimo fundamento nituntur sapientissimi Theologi, qui docent nulli Sanctorum concessum fuisse hoc privilegium, quod concessum tuit Beatissimæ Virgini, quo preservata fuit à macula etiam peccati venialis; sequuntur in hoc lumen Ecclesiæ Augustinum, qui scribens contra Pelagium, qui peccatum originale negabat, solumque ab illo excludebat Illustres Sanctos, & Sanctas, sed præcipue Beatiss. Virginem, eiusque sponsum Ioseph, Magnum Ioannem Baptista, necnon & alios. Respondens igitur illi Augustinus, inquit: *Excepta itaque Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere volo questionem, vnde enim scimus, quod ea plus gratia collata fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, & parere meruit cari, quem constat nullam habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes illos Sanctos, & Sanctas, cum hic viverent, congregare possemus, & interrogare virum ipsum sine peccato: quid fuisse responsuros putamus, virum hoc quod ist. ait? An quod Ioannes Apostolus: Rogo vos quantalibet fuerit ab hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, vna voce clamassent: si diximus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est.*

*Vid. Gran. ubi  
prox. tracta. 2.  
dis. 4. sect. 3.*

*To. 7. lib. de nat.  
tur. & grat. 6.  
36.*

Ex his igitur Augustini verbis clarè constat, quod iuxta eius mentem, quemadmodum omnes sancti conveniunt cū reliquis hlij Adam, in hoc quod est contrahere maculam originalem peccati, sic etiam nõ differunt inter se in hoc quod est committere aliquod peccatum veniale, quando quidem ab illo, sine speciali privilegio, nemo potest liberari; adeo arcta, & stricta est connectio, quæ datur inter originale, & veniale peccatum, ut illam delere moraliter impossibile sit; vnde provenit, quod de illis omnibus, de quibus affirmari debet fuisse in peccato originali conceptos, affirmari etiam debeat aliquot saltem peccata venialia commissos, ob moraliter necessariam inter utrumque connectionem. Econtrà vero si de aliquo natura humane individuo licet asserere ex

To. 7. c. 9. fin.

1. Petr. c. 1.

speciali privilegio præservatum fuisse à macula peccati venialis, necessum est etiam concedere, liberatum esse à macula peccati originalis, quippè quod sit origo, & fons à quo procedunt, & manant omnia peccata actualia: quod quidè adeò verum est, ut ipsum Ecclesie lumen Augustinus illud negare non poterit, sed potius concedere Pelagiano Juliano; quare quam scripsit contra illum dixit: *Illud sanè magnum, verumque dixisti, cum posuisses testimonium Apostoli Petri, qui peccatum non fecit. Notandum esse, quod indicaverit Apostolus sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit nullum eum fecisse peccatum: ut doceret (inquit) quia non fecit habere non potuit. Omnino verissimum est. Præsertim enim peccatum etiam maior fecisset, si parvulus habuisset. Nam propterea nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris ætatis accessu, quia nullus est hominum præter ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis ætatis exortu. Quid clarior, & dilucidius dies poruit, ad explicandam regulam generalem observatam in omnibus filijs Adam? Si quidem eo ipso, quod concepti sint in originali peccato, in sua infantili ætate, in grandiori moraliter necessitantur ex natura fragilitate, & infirmitate ad committendum saltem aliquot peccata venialia, quantumvis magna vigent virtute, & sanctitate. Verissima è contra, etiam regula est, quam (ut valem faretur Augustinus, & observatam invenit in Christo Domino, dum Juliano concessit, ideò dixisse Apostolum Petrum, ipsum Christum non fecisse peccatum (nimirum actuali, læthale, nec veniale, ut ostendetur ex eo, quod quis non commisit peccatum actuali, originale habere non potuit; hoc inquit Augustinus: *Omnino verissimum est.* Unde idè quoque concedendum est B. Virgini, non quidem exnata sua Conceptionis, sed ex gratia, & privilegio: nam sicut virtute huius fuit præservata ab omni macula peccati actualis, læthalis, & venialis: sic etiam virtute privilegij fuit præservata ab originali, unum enim privilegium supponit alterum; secundum (nimirum) supponit primum.*

Illustris confirmatio huius veritatis desumitur ex auctoritate Eminentiſſi Cardinalis Bellarmini, qui quidem exponens verba eiusdem Augustini, iam relatæ, nimirum; *Excepta Sancta Virgine Maria, de qua propter bonorum Domini, nullam prorsus*

*fus, cum de peccatis agitur, habere volo quaestionem, sic inquit: Ex Augustini sententia, nemo viuit sine peccato actuali, qui habuit originale. Cum ergo Sancta Virgo non fecerit (ex Augustini sententia) actuale peccatum, sequitur (ex eiusdem Augustini sententia) vt neque habuerit originale peccatum. Iuxta hanc igitur Augustini mentem responsum dedit ipse Iuliano, proindeque ex eius sententia, & declaratione Concilij Tridentini, manet roboratum, Beatissimam Virginem non habuisse in sua Cōceptione peccatum originale, quia (per omne suae vitæ tempus) non commisit actuale.*

Ex omnibus hucusque dictis, grauiterque probatis, perspicuum videtur, quod in vna & altera Ecclesia veteri, nouaque tantummodo Dei Genitrici Mariæ conuenire, ac quadrate potest hæc propheta: *TOTA PVLCRATA AMICA MEA, ET MACULA NON EST IN TE.* Siquidem nec originale, nec actuale habuit peccatum. Quapropter in omni tempore considerata à primo (nimirum) instanti suæ Conceptionis, vsque ad vltimum, quo ex hac vita migravit, solutaque corporis vinculis, in Cælum euolauit: semper, & prosemper immaculata permansit, omni que honorum, & gratiarum genere, mirum in modum condecorata; aliter enim iuxta germanum, & rigorum literæ sensum non posset verificari hic Cantorum locus. Quare oportuit, vt non solum actuali: verum etiam originali macula careret illa, quæ Deus in Matrem elegit. Hoc quidem sapienter docuit Eminentiss. Bellarminus, vtens eisdem rationibus, & authoritatibus sacre Scripturæ, quibus vsus fuit Angelicus Doctor, probaturus B. Virginem caruisse omni actualis peccati macula: & ita vt probaret Virginem Deiparam, etiam caruisse originalis peccati macula, cum B. Thoma inquit ipse Bellarminus: *Quia debuit in Virgine testimonium illud Sponsæ Cælestis impleri: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Confirmat hanc eandem veritatem ipse Bellarminus authoritate sapientissimi Idiotæ, ad o vetusti in Ecclesia, vt floruerit in ea post annum Domini octingentesimum, cuius hæc refert verba. *Virgo Gloriosissima, non in parte, sed in toto, & macula peccati, sine mortalis, siue venialis suo originalis non est in te.* Tam antiquum in Ecclesia est magnificum privilegium immaculatæ Conceptionis: & cælum Virgini Matri.

Vbi supra.

Accedit ad hoc ipsum roborandum auctoritas Eminētis Cardinalis Halgrini, qui in proēmio commentationum in Cātica hęc scripsit. *Continet enim hoc Canticum Matris, & Filij, Beata scilicet Virginis, & Domini Iesu Christi applausum iucundum, & mutuum. Ille enim applaudit Mater Filio, hic Filius iucundatur in Matre, hic Matris privilegia describit Filius, hic excellentiam Filij describit Mater. Quod igitur privilegium (inter alia) concessit Filius Aeterni Patris suę Purissimę Matri, magis festivo, iucundatoreque applausu in Ecclesia celebratū, nisi illud quo ab originalis peccati macula fuit pręservata? Unde ipse Eminētis. Princeps explicans eadem verba: Tota pulchra, &c. inquit; *Tota pulchra es in mente, & corpore, & macula non est in te, quę te repellat, vel impedire valeat, quin de te Domino gratum offeras holocaustum.* Significanter videtur hoc verborum style Eminētis. Halgrinus, alludere enim voluit ad sacrificium holocausti, quod in veteri testamento præcipiebat Deus sibi offerri, seu ea lege, & conditione, ut minime victima eiusmodi sacrificij ullam haberet maculam, si enim illi aliqua macula esset, ut indigna à tali sacrificio repellebatur; quod quidem ex sacra scriptura constat, in ea enim dicitur: *si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento, masculum immaculatum offeret.* Igitur iuxta mentem huius Eminētis. Cardinalis, idēd Aeterni Patris Filius fatetur in sua Purissimā Matre nullam fuisse maculam alicuius peccati, ut significaret eam non esse victimam repellendam, sed omni ex parte dignam, ut offerretur Deo, velut gratissimum sacrificium holocausti.*

*Leuit. c. 1. v. 2.*

§. XI.

*Illustratur idem intentum auctoritate veterum Hebræorum.*

**N**ON fugit illos veteres Hebræos, quā in veteri floruerunt Ecclesia, autē Christi Domini supernam natā, Purissimę Matris eius Immaculata Cōceptio. Quod quidem sapienter animadvertit P. Canisius, in cuius confirmationem affert, quod docet perillustris minorita Galatinus: *Is enim (inquit Canisius) inter alia probat, quod nos de Immaculata Cōceptione Matris Messia confirmamus, id longē ante Chris-*

*Lib. 1. de B. Maria, cap. 10. §. Quid verō.*

*tum natum veteres sensisse Rabbinos, eamque celebrem opinionem  
 Indeorum fuisse. Addit item Canisius. Idque Rabbi Simeon ex illo  
 dicto comprobat: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.  
 Postquam subdere ipse Canisius quod in capite sequenti do-  
 cet idem Galatinus: cum enim proposuisset quandam obie-  
 ctionem, in qua intendebatur probare novam esse opinionem  
 illam, quæ defendit absque peccati originalis macula conce-  
 ptam fuisse Beatis. Virginem; ad hanc objectionem respon-  
 det Galatinus; Immo opinio hæc vetustissima est, nam primum que-  
 dam sacra pagina Scriptores Spiritus Sancti afflati ipsam tenuerunt:  
 sic enim inter alios Salomo Cantici Canticorum, cap. 4. ait: Tota pul-  
 chra es amica mea, & macula non est in te. Reprobans autem Ga-  
 latinus expositionem recentiorum Rabbiorum, qui hunc  
 Canticorum locum intelligunt de filiis Israel, ex eo falsam  
 suam interpretationem continet, quod anli eorum conue-  
 niat à macula originalis peccati præservari, ait enim: Quod il-  
 lis minime congruit; cum à peccato originali immunes non fuerint.  
 Constat igitur ex mente veterum Hebræorum, non alium esse  
 sensum literalem huius loci Canticorum, quam Beat. Vir-  
 ginem ab originali macula præservatam fuisse. Nec enervari  
 potest hæc literalis expositio, quia autoritate nititur Rabbi-  
 norum, quandoquidem qui illam tradiderunt (ve rectè nota-  
 vit Canisius) in veteri Ecclesia ante Christum Dominum na-  
 tum floruerunt. Unde hi Rabbini veteres magnam habent  
 autoritatem, qua cum comparari nequit illa, quam habent  
 recentiores; horum enim autoritas nulla est quippe qui mi-  
 serè obsecrati sunt: illorum verò æstimatur autoritas, ut po-  
 tere Doctorum Synagoga, siue veteris Ecclesie. Quod quidem  
 sapienter notavit P. M. Escalante, ait enim: Quamuis Rabbini  
 post Incarnationem Christi, quod obsecrati sunt, aut parum, aut nihil  
 autoritatis habeant, æstimandi tamen sunt illi, qui præcesserunt; quò-  
 niam illi erant Doctores Synagoga, quæ vera potuit dici Ecclesia, an-  
 tequam ob Decidium, & incredulitatem repudiaretur.*

Ex his fit satis censura, cuius notam inopsit Galatino, do-  
 ctus, & eruditus M. Soromaïor illustris Dominicane Familie  
 filius (utinam in hoc modestior) siquidem aniuadertens ip-  
 sam Galatinum adeo nimiam autoritate veterum Rabbino-  
 rum, ut probaret Immaculatam Conceptionem Beatis. Virgi-

Li. 7. de arc. Ca-  
 thol. de il. c. 5.

In clyp. cont. li.  
 7. c. 8.

In comment.

nia hoc Canticosom loco: *Tota pulchra es amica mea; &c.* Dum  
ad eius expositionem peruenit, hæc protulit verba: *Galatinus  
Inordinatus plus nimio Religiosus, vel potius superstitiosus est; & verba  
Exhibuitque volenter terques, acque proinde auctoritas eius non tā-  
ti momenti est. Ratio autem quæ huius censura præbet ipse  
Sacramentor, hæc est. Nihil enim minus, quam de hoc dogmate, seu  
problemate cogitarunt, aut descriperunt Rabbi in Iudaorum, nempe  
utrumdator Messias expeera omnino futura esset omnis peccati etiam  
originalis.*

Alièr sensit de tan docto, & eradito viro R. P. Canisius,  
siquidem de illo loquens inquit: *Nec vulgaris est Scriptor Gala-  
tinus, quia libris, & traditionibus veterum Iudaorum; non parum  
exercitatus, multa, & præclara inde profert arcana, quibus & Chri-  
stianam Religionem illustravit, & iudaicam perfidiam magis, magis-  
que coarguit.*

Qui tunc suis scriptis præto mandatis, nostram illustra-  
uit Christianam Religionem, perfidiamque iudaicā, magis,  
ac magis coarguit: longissimè abest à superstitione; non er-  
gò erāt dignus tam graui censura, & notæ inuisione: tū maxi-  
mè, quum virtutis Religionis ad eò se ostēdit studiosum, qui p-  
ne qui propugnabat mysterium Immaculæ Conceptionis  
SS. Virginis, de quo loquens venerabilis, & doctus P. Grana-  
do, inquit: *Celebrare festum Immaculata Conceptionis, est actus vio-  
lenti Religionis; cum Sæxus Quartus in Extr. arg. anti cum præ excel-  
sa ad eam celebrata rem hortetur, & vniuersa Ecclesia solenni ritu Cō-  
ceptionem Immaculatam celebrat. Angelicus autem Doctor agēs  
de vitij oppositis virtuti Religionis, quod primo loco inquit  
ait, est: *Superstitio, est vitium Religionis contrarium, pro cuius  
resolutione inquit: Superstitio est vitium Religionis oppositum.**

Quo argopado potuit merere superstitiosi nomen, qui eos-  
ius propugnatio, quod solenni ritu celebrat Ecclesia, affertque  
in confirmationem veritatis, quam claudit cultor tam Reli-  
gius, ex sacra Scriptura literalem locum, iuxta expositio-  
nem Hebræorum Doctorum, non recentiorum, sed veterū,  
qui ante Christum hæc in antiqua Ecclesia floruerunt? Nō  
cogofuit superstitiosus Galatinus, sed verè pius, & Religio-  
sus, quum dator probare, & persuadere veritatem myste-  
rij, quod magnificè cedit in honorem, gloriamque Dpi, qui p-

Tom. in 3. p. con-  
tra. 2. tract. 1.  
disp. 2. sect. 31.  
n. 352.  
2. 2. q. 92. a. 1.

pé qui elegit in Matrem, quam præse uantia macula originalis peccati. Vnde merito dixit Augustinus: *De qui propter honorem Domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur, habere uolo questionem.* Ad rem etiam dilucidè locutus est citatus P. Grano: inquit enim: *Conceptionem persuadere, aut publicè legere, licitum est, & cedit in honorem B. Mariæ, quare non potest non pertinere ad actum uirtutis, quia prædicta omnia non quomodolibet ad uirtutum spectant, sed sunt exercitium uirtutis excellentissima Religionis, qua maximè ad exhibendum cultum rebus Diuinis, ac proinde Virgini deiparæ, qua nihil est proximum Deo.*

At hæc cum ueritate quidem cohæret, quod dixit de Galatiensibus sanctus Sotomaior, nimirum quod *uerba Rabbiorum uolenter torquet, quia nihil minus, quam de hoc dogmate cogitauerunt, aut scripserunt Rabbini Iudeorum, nempe utrùm Mater Mæssia expers omnino futura esset omnis peccati, etiam originis.* Non cohærent quidem cum ueritate hæc, quæ dixit Sotomaior, solum in eo se sibi uerum esse, quod ueteres Rabbini de hoc dogmate, seu controuersia de Immaculata Virginis Conceptione nihil cogitauerunt, aut scripserunt, in dubium uerteates, an quæ futura erat Mater Dei, contractura, uel non contractura esset maculam originalis peccati? Hæc dubium nullatenus uenit illis in mentem, nec circa illud aliquid cogitauerunt, aut scripserunt, pro certo namque habebant, quod alia non erat futura Mater Dei, nisi illa quæ Deus præseruaturus erat à macula peccati originalis; aiter enim non eligeret eam in Matrem: hoc quidem quia uerum, & certum existimabant, ex illo sacre pagine loco: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Iuxta germanam literę sensum probabant, & comprobabant, sed minimè dabitabant.

Sed quia hæc explicatio licet uera non est ad mentem prædicti docti Magistræ, probandum nobis est, quod ueteres Rabbini existimauerunt, pro certoque habuerunt futuram Matrem Mæssia Immaculatam, absque peccati originalis macula cõcipiendam; hanc ueritatem (ut uisum est) probabant ex illo loco Canticozum: *Tota pulchra, &c.* Sed dum uoluerunt etiam exponere modum quo B. Virgo in sua Conceptione futura erat expers peccati originalis, in hoc modo explicando à ueritate aberrauerunt, siquidem fixerunt, quod reprobatur Diuus



3. p. q. 31. a. 6.  
In banc 9.

Thomas, & interpretes eius. Fingentium autem eorum re-  
fert ex Galatino M. Bartholomaeus de Medina afferbant,  
quod quum Deus voluit creare Adam protoparentem nos-  
trum; tunc Fecit quosdam, ex cuius parte nobiliori accepit Vir-  
ginis Maria materiam ex residuo vero eius, & superfluitate Adam  
formavit; ex materia autem Beatae Virginis facta est virtus quadam,  
qua nobiliori loco, & membro corporis Adam servata fuit, qua post  
modum emanavit ad Seth, & postea ad Enoc, deinde successivo ordine  
ad Caesop: usque ad Sanctum Iohannem, ex hac demum virtute B. Ma-  
ria formata est, & ex ea Christus.

In comment. S.  
Th. vbi prox.

Ex hoc igitur fingente (sic enim nominat Suarez) veterum  
Rabbinorum, tametsi in illo, a veritate aberrant, negati ne  
quit, quod ex hoc meto fingente optimè colligitur intentum  
veterum Rabbinorum, aliud non fuisse, quam explicare  
modum quo à peccati originalis macula eam, quae futura  
erat Mater Messiae possent liberare; unde liquidò patet vete-  
res Rabbinos cogitasse, & scripsisse, quod ut verum, & certum  
existimabant, ideoque ex sua opinione probat Galatinus Bea-  
tissimam Virginem in sua Conceptione minime, infectam  
fuisse macula peccati originalis, ut constat ex ipsius verbis,  
in quibus dicitur: *Ex qua quidem opinione aperte concluditur carnem  
gloriosa matris Mariae non fuisse peccato originali infectam: quocir-  
ca neque Animus eius huiusmodi peccatum, in Conceptione contraxerat.*  
Non ergo Galatinus verba Rabbinorum violenter tor-  
quet, sed ex eorum vesusta opinione, quod censuerunt, col-  
ligit.

Vbi sup. s. 3. &  
4.

§. XII.

Vltimo confirmatur literalis expositio huius loci: *Tota pulchra, &c.*  
in ex auctoritate Ecclesiae, & allusione quam habet  
iuxta versionem originalem 70.  
Interpretum.

§. II.

**E**x his omnibus, qui supra allata, probataque sunt pers-  
picue constat, quod hic Canticum locus: *Tota pul-  
chra, &c.* (sicut olim continebatur in secunda Anti-  
phona, quae cantabatur ad primas vespere officij approbati  
à Sanctitate Sancti Quirici, aliisque Pontificibus, necnon vni-  
uer-

ſerſaliter recitari in tota Eccleſia) in nullo alio ſenſu receptus erat (in ea) quam in eo que n ſignificabat nomen adiectiuum originis ſuper additum ab ipſa Eccleſia ſubſtantiuo ~~maculae~~ *maculae* ~~non~~ *non* ~~est~~ *est* ~~in~~ *in* ~~ea~~ *ea* ~~ſed~~ *ſed* ~~in~~ *in* ~~mutatus~~ *mutatus* ~~ſuit~~ *ſuit* ~~hic~~ *hic* ~~ſenſus~~ *ſenſus*, ex reformatione Pij V. iam d confirmatus etiam ſuit et probatum ~~maius~~ *maius*. Vnde recte inferunt hoc Canticorum loco probaſſe Eccleſiam iuxta Germanom licet ſenſum, quod B. Virgo praeſeruaſa fuit in primo inſtanti ſuae Cōceptionis à macula originis peccati, ſiquidem à paragrapho X. conſtat probatum eſſe non poſſe intelligi hunc Canticorum locum de vniuerſa Eccleſia, tam veteris, quam noui teſtamenti, niſi tantummodo de principaliori parte eius, quae alia non eſt, quam Sanctiſſima Virgo Genitrix Dei.

*Vbi prox.*

*Ibidem.*

Nec parum, ſed magnum addit robur huius literalis expoſitioni, officioſa ſedulas Illuſtriſſimi Archiepſcopi Hiſpanienſis nobilis Petri de Caſtro & Quiñones, qui cum inueniſſet librum manuſcriptum continentem grauis, ſolidaque ſolidamenta, quae in Concilio Baſilienſi ad diffinitionem Immaculatae Conceptionis Beatiffimae Virginis propoſum Deſtor Ioannes de Segouia ſanctae Eccleſiae Toletanae meritiſſimus, pariter ac doctiſſimus Canonicus: cum igitur hunc librum inueniſſet pietiſſimus Archiepſcopus, cui ad eò in votis erat diffinitio huius immaculatae Conceptionis myſterij, ſtatim iuſſit totum tranſcribi librum, quod factum eſt omni ſeruata fidelitate, cuius tranſcriptionem vidimus, quippe quae re-poſita eſt in hoc ſacro Granatenſi Monte, inſcriptio autem huius libri tranſcripti, ſe ſe habet.

*Fideliffimum manuſcriptum ex alio manuſcripto veteri, quod (ut ex ipſo conſtat) relatum eſt in Concilio Baſilienſi, et inquam in iudicio fidei a Ioanne Segouia Magiſtro in ſacra Theologia, & Canonico Toletano, Praſidente tunc iudice fidei D. Cardinali Arclatenſi anno domini 1436. tunc continentur ſeptem allegationes luculenter ſane probantes B. Virginem Mariam in primo inſtanti ſuae perſonalis Conceptionis non commiſiſſe peccatum originale. Itaque quod hoc docet, & debet determinari de fide.*

*Hoc eo ſine accuratiſſime tranſcriptum eſt, ut in praſente, ſuum originale, non ſolum quoad ſubſtantiam, ſed neque quoad minutiffimas*

*Notetur, debet, productis, pag. 28.*



consideratione primò concludere tortium supra possem documentū, quod  
debit Deus praeservare Beatissimam Virgine in Matrem suam, ne co-  
teraberet originalem culpam.

Haec loci Canticorum expositio illustrari ulterius potest  
lectione originali Hebraea, nam iuxta eam ubi Vulgata ic-  
git: *Et macula non est in te*. Hebraice habetur: *Et macula non in  
te*. Quam lectionem sequutus est Tuccius Tuccius, dum legit:  
*Tota pulchra es parvula mea, & macula non in te*. Haec ante verbi  
est, ablatio mysteriorum minime careo, quod verò illud sit expli-  
catum tam manet in expositione relicta: dum in ea dicitur: *Cum  
auctoritas haec absolute loquitur absque differentia temporis*. Ideo  
igitur sine verbo significante aliquam differentiam temporis  
proferatur auctoritas: ut intelligatur, quod quacumque tem-  
poris differentia assignata, siue presentis, siue praeteriti, siue  
futuri, in omnibus his temporis differentiis semper verum est  
dicere de Beatissima Virgine Maria macula non in te, siqui-  
dem neque fuit, neque est, neque erit: ideoque merito Doc-  
tissimos pariter, ac sanctissimus Idiota loquens cum Deipa-  
ra dixit: *Tota igitur pulchra es Virgo Gloriosissima, non in parte,  
sed in toto: & macula peccati, siue mortalis, siue venialis, siue origina-  
lis non est in te, nec unquam fuit, nec erit*.

Sed quod belle ostendit esse germanum literæ sensum, quæ  
secuti sumus in expositione huius loci Canticorum, non est  
aliud quam dictio Græca, qua vti sunt septuaginta Interpre-  
tes: nam in sua versione nomen, quod respondet illi quod in  
Vulgata habetur, nimirum, *macula*, est, *Momos*, quod quidem  
(ut eruditus notavit Marcus Marinus) originem duxit à no-  
mine Hebræo, *Mum*, ab hoc (inquit) fluxit Græcum *Momos*. Expli-  
cans autem Marinus quid significet Hebraicum nomen, *Mū*,  
quod à Vulgata vertitur *macula*, docet idè significare: quod  
*Defectus, macula animi, vel corporis, vitium*. Iulianus verò, expla-  
nans quid significet nomen Græcum, *Momos*, inquit, id ipsum  
significare: *Quod vituperatio, macula, reprobatio, nota, opprobrium,  
Deus omnium reprehendens*. Iuxta hos significatus opti-  
mè ostenditur, quam longissimè abfuit Virgo Sanctissima  
in sua conceptione à macula originalis peccati: nam si ab-  
sces se haberet, sic inmodi maculam contraheret, verum ef-  
fecit dicere, quod in Genitrice Dei, in Deipara fuit deo-  
genita.

In comment.

Apud Bibliot.  
vet. Pat. to. 5.  
col. mibi 559.

In arca Noe.

In Lexi. Græc.  
Lati.

macula, vituperatio, nota, opprobrium, quae tamen omnia negantur in illa ab ipso Unigenito Filio Aeterei Patris, qui illam elegit in Matrem, cum inquit macula, *Momus nominat.*

Sed cum nomen, Momus, significet etiam Deum conuictij, omnia reprehendentem, nificet quadrant Beatissima Virgini cuncta, quae docet Tuccius Tuccius in expositione huius loci Canticorum, nam in ea facitur praecipua esse pars Ecclesiae: *Omniſque peccati expenſem, quem admodum d. parat de cebat.* Loquens igitur Unigenitus Dei Filius (iuxta hanc expositionem) cum (ua Purissima Matre, illi dicit: *Adco paſſive mea proclata forma tua, adco ſumma pulchritudo tua, adco magna formoſitas tua, ut ne Momus quidem, quem Deus conuictij gentes auſumant: qui omnia carpit, omnia rodit, omnia vellicat, cui nihil ſatisfacit, cuique conſuetudo eſt omnibus in rebus, bonis etiam obreſcendi, quid in te reprehendat, inueniat, quid ve tibi exprobet, aut obijciat, reperire queat.*

Adhuc tamen quid, nam aliud peculiare (iuxta ſignificatū huius nominis Graeci Μοιρος) reconditum, & abſtruſum ſic in hoc loco Canticorum, nondum à nobis reſeratum eſt, ſed ut id reſerare poſſimus, notandum maxime eſt in hoc loco alluſionem fieri ad id, quod veteres ſinxerunt, ſcripſeruntque de Deo Momus, nam ut ex Charrario tradoxit Verderius, nihil hic Deus per ſe praestabat, ſed tantum aliorum Deorum opera inſpiciebat, quae omnia liberè reprehendebat. Illius autem imago deſcribebatur tanquam hominis macilenti, ex tenui palli diſcrehiantis, ad terram que ſpectantis, quam bacillo quem manentebat percutiebat, cuiusque ſcibus feriebat, quod quidem arcanum non carebat, ſed illud prodidit Charrartus, inquit enim, quod *Dij apud antiquos terra filij die ubatur.* Ob eam igitur eam Momus bacillo terram percutiebat, ut alij Dij Matrem exprobraret, ne cum terram haberent Matrem ad Caelum vſque ſe extollerent, venditarentque diuinitates. Ad hoc igitur alludendo iuxta ſepuaginta Interpretum originale verſionem, quid aliud ſignificatur in hoc Canticorum loco per hae verba: *Momus non eſt in te,* quam ostenderem neminem gerentem vices Momus poſſe verò filio Dei humana carne veſſito exprobrare matrem filiam Adami de limo terra formati, cuiusque hereditaria infeſtam macula?

Hoc

Hoc quidem **Vnigenitum** Filio Dei, Deoque verò nullus est, qui probro, & vitio queat dare, quippè qui nec falsam venditat, sed vera fulget Divinitate, Immaculataque, & omnis generis peccati expertè gaudet Matre. Aliter enim, nimirum, si Beata Virgo maculam habuisset originalis peccati, potiori àure inferri posset, quod intulit Divus Thomas, ex eo quod cõcederetur Beatisimam Virginem, vel veniale habuisse peccatum, siquidem inquit: *Non autem esset idonea Mater Dei, si peccasset aliquando, qui à honor parentum redundat in prolem, secundum illud gloria filiorum Patres eorum, vnde & per oppositum ignominia Matris ad Filium redundasset.*

3. p. q. 27. a. 4

Proverb. 17.

Hæc loci Canticorum expositio ( ut valentius probeatur, quod sit literalis) sigillanda est sigillo auctoritatis Illustrissimi, ac Præclarissimi Patriarchæ Sancti Dominici, qui quidè cum de partibus Hispaniæ ad Iherosolanam civitatem penetrasset contra hæreticos, Ecclesiam defensusurus, in illa igitur civitate invenit hæreticos Albigenes, qui inter alios errores hunc etiam asserabant, nimirum Christum Dominum Filium **Vnigenitum** Beatisimæ Virginis Mariæ, non fuisse illum qui debebat mundum redimere. Fundamētum eorum erat, quod ille qui redempturus erat humanum genus nasci debebat de Virgine Immaculata, cum autem Albigenes sentirent Beatam Virginem Mariam infectam fuisse macula peccati originalis: ideo negabant Christum Dominum Filium eias, Redemptorem esse generis humani. At Beatus Dominicus contra hos hæreticos, eorumque errores quandam fecit libellum de Corpore Christi, affirmando, quod Christus redemit humanum genus, & firmissima veritate confitendo Christum natum de Virgine Immaculata. Prædicti autem Albigenes remis furiosè insurgentes contra ipsum Beatum Dominicum constantè asserabant, Virginem illam in peccato originali conceptam fuisse, e contra verò idem met Beatus Dominicus, ut hanc Albigenes sententiam impugnaret, falsamque convinceret respondit (prout in suo libello continetur) quod nõ erat verum, quod dicebant quoniam Virgo Maria est illa de qua Spiritus Sanctus per Salomonem ait: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Nihilominus tamen persistentes in sua sententia Albigenes ad miraculi experientiam venire volue-

Vid. Armat. in  
Reg. col. 281.  
Ojed. à fol. 17.  
inform. Eccl.

voluerunt, ac proinde petierunt, quod Beatus Dominicus  
projiceret suam libellum in quodam furno ardente, & si ibi  
non combureretur crederent dictis suis, quod cum fecisset  
Sanctus Dominicus libellus inustus, illesusque exiit. Casus  
habetur in antiqua Buechinonensi tabula.

Ex his omnibus, quæ probata, & allegata sunt, manifestè  
constat hunc Canticum locum: *Tota pulchra es amica mea, &  
macula non est in te.* iuxta germanam literæ sensum minimè  
posse intelligi, de tota Ecclesia, siue veteris, siue novi Testa-  
menti, sed solummodo de potissima parte eius, quæ alia non  
est, quàm Beatissima Virgo Maria. Nixus igitur S. P. N. In-  
nocentius X. in hoc, tamque gravibus, & solidis fundamen-  
tis, quibus persuasum videtur in hoc Canticum loco litera  
liter contineri mysterium Immaculatz Conceptionis San-  
ctissimæ Virginis, securus, tranquillus, omni cura, & anxietate  
vacans, poterit utique diffinire hoc Sacrosanctum Imma-  
culatz Conceptionis Mysterium, quippè quod in hoc Canti-  
corum loco expressè continetur. Solum igitur restat, quod  
sua Sanctitas hoc declaret, diffiniatque, ut supremum Eccle-  
siæ Caput, quemadmodum diffinitæ sunt aliæ Catholicæ veri-  
tates, ex eo quod declaratum sit ab Ecclesia, seu capite eius  
contineri, in alijs locis sacræ Scripturæ (tamen est ante decla-  
rationem oppositum sentirent, nõ solum heretici, verum etiã  
gravissimi Doctores Catholici) ut videre est primum in illo  
loco Ioannis: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remissionis pec-  
cata remittuntur eis.* Quem locum Novatiani tantum modo in-  
telligebant, explicabantque de potestate, quam Christus Do-  
minus reliquit Ecclesiæ, prædicandi Evangelium, non latens  
tamen intellexerant, neque sequaces eorum intelligunt, sed  
potius negant intelligi posse de potestate remittendi pecca-  
ta Fidelium, per Sacramentum Penitentiz, at in sacro Conci-  
lio Tridentino hæc hæresis dampnata est, diffinitumque, ac de-  
claratum in verbis relictis contineri potestatem remittendi  
peccata Fidelium medio Penitentiz Sacramento.

Secundum etiam constat ex illo loco Pauli: *Probat autem  
se ipsum homo, & sic de Pane illo edat, &c.* Quem locum dum ex-  
poneret Eminentissimus Caietanus existimavit, quod Fidelis  
posset utique dignè recipere Eucharistia Sacramentum, abs-  
que

Cap. 20.

Seff. 14. cap. 1.

Constat. c. 13  
super Epist.

que Sacramentali confessione, tametsi haberet conscientiam peccati letalis, modo illius habeat contritionem, unde ad finem expositionis horum verborum: *Probet autem se ipsum homo (inquit Caietanus) & hinc trahitur argumentum, quod non est necessarium simpliciter, & absolute hominem probatum esse à Confessione, ad hoc ut sumat non indignè Eucharistiam.* Quæ doctrina ad vnguem coheret cum illa quam docet ipse Eminentissimus Princeps, quæ explicans etiam eadem verba Pauli: *Probet autem se ipsum homo (inquit) id est probato se ipso de Pane illo edat.* Quæ circa videtur mibi ex hoc Apostoli documento, &c. *Quod contritus sumens Eucharistiam, non peccat mortaliter, etiam Confessoris habita copia.*

3.p.9.80.a.4.

Hic tamen animadvertendum est, quod licet hæc sit opinio Eminentis. Caietani commentando Angelicum Doctrinam expressisq; verbis relatis illa doceat, & teneat, ut constat ex antiquis impressionibus, & ex Theologis passim eadē verba referentibus. Nihilominus tamen iuxta impressionē partium Divi Thomæ (quæ apud nos sunt) factam anno Domini M.D.C. XII. expūta sunt eiusmodi verba; fortē rationalis expansionis fuit, quod hæc doctrina Eminentis. Domini ex diametro opposita erat doctrinæ quam docuit Angelicus Doctor, exponens eadem verba Pauli; *Probet autem se ipsum homo, &c.* (inquit enim S. Doctor) *in necessitate quidem, puta, quando aliquis copiam Confessoris habere non potest, sufficit contritio ad summptionem huius Sacramenti: regulariter autem debet confessio præcedere, &c. Namque quem mortalia crimina post Baptismum commisit, primum horum prius publica penitentia satisfacere, & ita Secundo iudicio reconciliatum communioni sociari, si non vult ad eandem accipere: Eucharistiam percipere.* Hæc fortan ratio fuit expūgendi verba Eminentis. Caietani in recedenti impressione.

Super epist.  
Ioh. 7.

Verius tamen existimamus potissimam rationem fuisse eiusmodi expansionis, esse verba illa opposita, non solum doctrinæ Divi Thomæ, sed etiam definitioni sacri Concilij Tridentini, cuius hæc sunt verba: *Communicare volenti revocandum est in membris eius præceptum; probet autem se ipsum homo; Ecclesiastica autem consuecudo declarat eam probatam esse necessariam esse, ut nullus sibi confessus mortalis peccati, quantumvis sibi contritus*

Sess. 13. c. 7 &  
Can. 11.

vidca.



To. in 3. p. q. 8  
ar. 4.

Tom. 4. in 3. p.  
disp. 6. q. 8. p.  
3.

videatur, absque praemissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Hoc ipsum sapienter animadvertit ma. Juffer Didacus Nuño Cabezado, Dini Gregorij insignis Collegij primarius Regens, eiusdemque familiae Praedicatorum filius. Ideoque laudè benè tenit de opinione Eminētiss. Caietani, proindeque de illa loquens dicit: *Prima sententia est prioris improbabilis, & temeraria, etiam nostris temporibus est proxima errori.* Per dōctus etiam P. Valencia docet, quod Ecclesia semper intellexit continere praeceptum Divinae, verba Apostoli: *Probet autem se ipsum homo* (& ita inquit) *fundamentum huius sententiae est, quod Ecclesia perpetuo intellexit eam esse vim illius praecepti Divini, quod commemorat Divus Paulus, probet autem se ipsum homo.* Prius autem dixerat ipse P. Valencia hanc eandem sententiam: *Ad eam certam esse, ut in Concilio Tridentino, sub excommunicatione sit prohibitum opinionem illam Caietani, & aliorum defendere.* Insuper dōctus interpres Dini Pauli epistolarum Cornelius à Lapide exponens verba eius: *Probet autem, &c.* (inquit) *hanc enim confessionis probationem ex iure Divino, seu Christi institutione, requirere, & intelligere Apostolus, docet Concilium Tridentinum.*

Ex dictis optimè liquet, quod non obstante opinione Eminētiss. Principia Caietani, aliorumque eius vestigijs insititum, declaratum est in sacro Concilio Tridentino, quod verba Apostoli: *Probet autem se ipsum homo*, continebant praeceptum Divinum, quo tenentur Fideles conscientiam habentes laetalis peccati ad illud confitendum, se que purgandum medio Sacramento Penitentiae, ante Eucharistiae dignam receptionem; vnde rectè inferitur illud, quod in aliquo tempore licuit opinari, in aliena utriusque licere, propterea quod in Ecclesia oppositum definitum, declaratumve sit. Hinc est, quod etiam si Eminētiss. Caietanus, alijque eius sequaces existimauerint Beatissimam Virginem conceptam fuisse in peccato originali, hancque Canticorum locū: *Tota pulchra, &c.* Intellexerint cum Divo Thoma solum de praeservatione à peccato actuali. Nihilominus tamen eorum auctoritate minimè obstante, poterit vtrique eodem loco declarari, ac definiti Beatissimae Virginis Immaculata Conceptio, quandoquidem eodem ipso loco à fortiori probatur praeservatio à peccato origi-

Originali, uti sentiunt omnes Theologi, Doctores, & Magi-  
 stri Ecclesie hinc nostris seculis ( per paucis exceptis ) &  
 quod amplius est ipsemet Ecclesia, seu supremum Caput eius  
 approbans, & confirmans officium Immaculate Conceptioni-  
 nis, quod in tota Familia Seraphica observatur, in quo canit-  
 ur Antiphona: *Tota pulchra est Maria, & macula non est in ea*: ne  
 de alia quam de originali macula intelligendum, quae igitur  
 maiora, gratiora, solidiora, certioraque fundamenta excogi-  
 tari possunt ad declarandam, quod in hoc Canticorum loco  
 expressè continetur Immaculate Conceptionis SS. Virginis  
 mysterium.

Ergo suppositis cunctis, que in hoc compendio tractata,  
 probata, expensa que sunt, nec non ijs omnibus, que ab alijs  
 doctissimis, ac eruditissimis viris, dilucidius, efficacius, ve-  
 gentiusque probata, & allegata esse iudicamus. Quid aliud  
 hac nostra Beatica, Granatensisque Provincia Minima Sera-  
 phici Francisci filia expectare potest, quam illud ipsam, quod  
 tota fere Ecclesia expectat, definitionem, nimirum tanti my-  
 sterij, illa enim dicitur, non solum honor, & gloria Regine  
 Celi, & terræ, hominum, & Angelorum: verumetiam Christi  
 Domini, quippe qui cum sit Filius Unigenitus Aeterni Pa-  
 tris, cui ex natura sua omnis repugnat macula peccati, ad ho-  
 norem, & gloriam tam sublimis, & inclyti filij spectat etiam,  
 ut cum habeat Matrem, cui (tamen non ex natura sua) ex gra-  
 tia verò præveniente, & prætervante, repugnet non minus  
 omnis peccati macula, tam originalis, quam actualis, unde  
 talis distinctio Beatissime Virginis, nobilitatis præclarum  
 erit insigne, aureis literis notatum, scriptus digito Dei, seu  
 calamo Spiritus sancti, hoc igitur Beatissime Virginis Con-  
 ceptionis Immaculate mysterium distinctum videtes ad vultu  
 omnes gratulabundi, cum Anselmo in hac potesimus pror-  
 rumpere verba: *Decebat ut illius hominis Conceptio de Matre Pu-  
 rissima fieret: nempe decens erat, ut ea Puritate, que maior sub Deo  
 nequit intelligi Virgo illa viveret.* Nec minus cum Beata Agnetè  
 dicere, eius utendo verbis: ecce quod concupimus, iam vi-  
 demus, quod speramus, iam tenemus. Felicitas ergo tanta  
 quem potest manere, nisi SS. P. N. Innocentium XI quando-  
 quidem suo ipso nomine ostendit, quod sibi maxime locum.

Lib. 6. de Con-  
 cept. Virginat.  
 c. 18.

ble: diffinitio hęc Immaculate Conceptionis Beatiſſe Virgine  
mysterium, in illo enim eius splendet innocentia, quam si  
amitteret ex contractione macule peccati originalis, nec de  
potentia Dei absoluta illam recuperare posset, cum id con-  
tradictionem implicet, quia quod semel fuit, de sinere fuisse,  
est impossibile. Vnde examinandus Angelicus Doctor, vtrum  
magis aliquid positum in anima sit, later alia hoc sibi propo-  
suerit arguendum. *Uterius videtur, quod peccatum nunquam possit remitti quoad maculam, quia ex hoc ipso quod aliquis peccauit, pulchritudinem innocentie amisit, sed non potest hanc pulchritudinem recuperare, nisi contingeret ipsum non peccasse: ergo cum hoc sit omnino impossibile, impossibile est, quod aliud peccatum remittatur quoad maculam.* Quod argumentum sic soluit Angelicus Doctor: *Ad primum de gradibus dicitur, quod quomodo non reparatur pulchritudo anime, quantum ad aliquod veridicum, quod erat dignum innocentie, reparatur tamen quantum ad deteriorem gratia que restituitur. Conficit ergo irreparabilem esse innocentiam semel amissam.* Vnde ipse Dignus Thomas respondens ad aliud argumentum, quod citat sibi proposuit, cum explicasset aliquos effectus peccati, quos docet esse irreparabiles: *Etiā penitentia per actum scilicet subdit: Vnde videtur amissionem dignitatis innocentie, ad quam nunquam reddere potest, &c.* Hinc etiam est, quod idem Dignus Thomas docet, cum qui semel amisit gratiam innocentie, quam tunc de peccato resurgat per penitentiam, Dei que iucundissimo compendii perfruat in Cælo, neutiquam in illo habebit gratiam accidentalem de innocentia, quam amisit, cum illa sit omnino irreparabilis, sicut nec Virgo in Cælo aureola habebit virginitatis amissa, quippe que nulla queat reparari gratia: *Quis post peccatum, inquit D. Thomas, Virgo aureolam non habebit, & similiter nec peccator resurgens gaudium de innocentia recumtatur.*

In 4. dif. 18. q.  
1. a. 2. ad 1. 2.  
q.

Vbi proxi. dif.  
17. q. 2. a. 1. ad  
1. q. 1.

In 3. dif. 31 q.  
1. art. 4. ad 1.  
q. 1.

Cum ergo hæc ita sit, quæ non videat diffinitionem Beatiſſime Virginis Conceptionis Immaculate ad hæc vsque nostra tempora congruam valde fuisse diuinitus prerogari, vt omnibus notum esset, rei adeo grauis, & sublimis decessione, solum modis ad nostrum Sanctissimum Patrem Innocentium X. spectare, vt sic quod nomen eius præ se ferat, illud ipsum Beatiſſimæ Virginis Mariæ singulariter concessum fuisse.

se, decidat, definit, ac declaret, cum&isq; Ecclesie Fide-  
 bus, vt Catholicum dogma Fide credendum intinet, & pro-  
 ponat; decebat enim, quod Deus eam eligeret in Matrem, cu-  
 ius innocentiam macula peccati originalis amissam, nec de  
 parentia absoluta posset reparare, consequenterque nec ipsa  
 Virgo posset de sua Innocentia quoad originale peccatum,  
 vt potè amissa habere gaudium, sed gloriam accidentalem.  
 Non est igitur negandum, Beatissimam Virginem, quâ Deus  
 elegit in Matrem hac Innocentia gaudere, quippè quæ con-  
 cepta fuit in gratia, qua cum coherere non potuit macula  
 peccati originalis; fruatur igitur, fruaturque Beatissima Vir-  
 go Maria in omnem seculorû æternitatem præter gloriam  
 essentialem, hac etiam eius innocentie gloria acci-  
 dentali. Utinam & nos huius diffinitionis  
 gloria perfruemur.


(††)

*Quidquid autem in hoc Compendio scriptum, dictum, tactumque est  
 correctioni. Almae matris Romano, & Catholicae Ecclesie, necnon  
 melius, & rectius sententiarum castigationi submittimus.*



**P. AR. ACRAPHOS, QVI IN HOC CONTINENTVE**  
*compendio, quaestionesque in illis pensculatas, hac patefacit*  
*pagina.*

- §. 1. Verum sit definibile mysterium Immaculatae Conceptionis Beacissima Virginis Mariæ.
- §. 2. Efficaciter probatur, ne utiquam definiri posse sententiam afferentem in peccato originali fuisse conceptam.
- §. 3. Id ipsum suadet auctoritate S. Concilij Tridectini.
- §. 4. Ulterius roboratur ex solutione ingentis difficultatis.
- §. 5. Validissime probatur solū definiri posse sententiā piā.
- §. 6. Sacris obiectiōibus, quæ contendunt oppositum.
- §. 7. Suadet sententiā piā esse proximā ad definitionē.
- §. 8. Verū hęc definitio exigit Concilium generale, vel sine illo queat SS. Pontifex desipere veritatē piā.
- §. 9. An ad hoc præstandum requiratur locus literalis S. Scripturæ, quo talis definitio nitatur, & quis ille sit?
- §. 10. Ex loco Canticoꝝ: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Probatur literaliter B. Marię Immaculatae Conceptio.
- §. 11. Auctoritate veterū Hebræorum id ipsum suadet.
- §. 12. Firmius stabilitur auctoritate Ecclesię, & allusione, quam habet hic locus iuxta versioē 70. Interpretū.



**L**itera. M. quæ initium præbet Beatissima Virginis felicissimo Nomini, hoc nostrum terminavit opus. Fastum sancti omen; quod eadem litera finem imponat operi, quæ initium dedit **MARIÆ** Nomini: ut vel sic etiam notum fiat, nostrum non aliū esse finem in hoc ipso opere elaborando, quam quod ex honore tantæ Mariæ magis, ac magis nitent, fulgeat, splendeatque gloria Filij Vni geniti eius, simul & Aeterni Patris, necnon & Spiritus Sancti, qui ipsi qui aded Puræ, & semper, ac pro semper hæc Immaculata Sponsa gaudet.

